

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ

ΒΙΩΝ ΚΑΙ ΓΝΩΜΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ
ΕΥΔΟΚΙΜΗΣΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΕΚΑ
ΤΟ ΕΝΑΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α΄.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ.

Ἡράκλειτος Βλύσιωνος ἦ, ὡς τινες, Ἡρακλίοντος Ἰ
Ἐφέσιος. οὗτος ἤκμαζε μὲν κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ
ἐξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Μεγαλόφρων δὲ γέγονε παρ'
5 αὐτοῦ δῆλον, ἐν ᾧ φησι, « Πουλυμαθῆτη νόον οὐ διδά-
σκει· Ἡσιόδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόρην, αὐτίς
τε Ξενοφάνεα καὶ Ἐκκαταῖον. » εἶναι γὰρ ἐν τῷ σοφῶν
ἐπίστασθαι γνώμην ἢ τὸ οἴη κυβερνήσει πάντα διὰ πάν-
των. τὸν θ' Ὀμηρον ἐφασκεν ἄξιον ἐκ τῶν ἀγώνων
10 ἐκβάλλεσθαι καὶ βραπίξεσθαι, καὶ Ἀρχιλοχον ὁμοίως.
(2) ἔλεγε δὲ καί, « Ὑβριν γρηὶ σβεννύναι μᾶλλον ἢ
πυρκαϊήν » καί, « Μάχεσθαι γρηὶ τὸν δῆμον ὑπὲρ τοῦ
νόμου ὅπως ὑπὲρ τείχεος. » καθάπτεται δὲ καὶ τῶν
Ἐφεσίων ἐπὶ τῷ τὸν ἐταῖρον ἐκβαλεῖν Ἐρμόδωρον, ἐν
15 οἷς φησιν, « Ἄξιον Ἐφεσίους ἠβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι
καὶ τοῖς ἀνήθοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες Ἐρμό-
δωρον ἐωυτῶν ὀνήσιτον ἐξέβαλον λέγοντες, Ἡμέων
μηδεὶς ὀνήσιτος ἔστω· εἰ δὲ τις τοιοῦτος, ἄλλη τε καὶ
μετ' ἄλλων. » ἀξιούμενος δὲ καὶ νόμους θεῖναι πρὸς αὐ-
20 τῶν ὑπερεῖδε διὰ τὸ ἡδὴ κεκρατῆσθαι τῇ πονηρᾷ πό-
λιτείᾳ τὴν πόλιν. (3) ἀναχωρήσας δ' εἰς τὸ ἱερὸν τῆς
Ἀρτέμιδος μετὰ τῶν παίδων ἡστραγάλιζε· περιστάν-
των δ' αὐτῶν τῶν Ἐφεσίων, « τί, ὦ κάκιστοι, θαυμά-
25 ζετε; ἔφη· ἢ οὐ κρεῖττον τοῦτο ποιεῖν ἢ μεθ' ὑμῶν
πολιτεύεσθαι; ». Καὶ τέλος μισανθρωπήσας καὶ ἐκπα-
τήσας ἐν τοῖς ὄρεσι διητᾶτο, πῶς σιτούμενος καὶ βοτᾶ-
νας. καὶ μέντοι διὰ τοῦτο περιτραπέις εἰς ὕδερρον κατῆλ-
θεν εἰς ἄστου καὶ τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐπυνθάνετο
εἰ δύναιντ' ἐξ ἐμπορίας ἀύχμῶν ποιῆσαι· τῶν δὲ μὴ
30 συνέντων, αὐτὸν εἰς βουστάσιον κατορύξας τῇ τῶν βο-
λίτων ἀλέᾳ ἤλιπισεν ἐξαμυσησέσθαι. οὐδὲν δ' ἀνύων
οὐδ' οὕτως, ἐτελεύτα βιοῦς ἔτη ἐξήκοντα. (4) καὶ ἔστιν
εἰς αὐτὸν ἡμῶν οὕτως ἔχον·

Πολλάκις Ἡράκλειτον ἐθαύμασα, πῶς ποτε τὸ ζῆν
35 ὦδε διαντλήσας δύσμορος εἶτ' ἔθανεν·
σῶμα γὰρ ἀρδεύσασα κακῆ νόσος ὕδατι φέγγος
ἔσβησεν ἐν βλεφάροις καὶ σκότον ἠγάγετο.

Ἐρμιππος δὲ φησι λέγειν αὐτὸν τοῖς ἰατροῖς εἰ τις δύ-
ναται τὰ ἔντερα πιέσας τὸ ὑγρὸν ἐξεραῖσαι ἀπειπόντων
40 δέ, θεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν ἥλιον καὶ κελεύειν τοὺς παῖδας
βολίτοις καταπλάττειν· οὕτω δὲ κατατεινόμενον δευ-

DIOGENIS LAERTII

VITÆ ET PLACITA CLARORUM PHILOSO-
PHORUM DECEM LIBRIS COMPREHENSA.
LIBER NONUS.

CAP. I.

HERACLITUS.

Heraclitus Blysonis sive, ut quidam volunt, Heracientis
filius, Ephesius. Hic circa nonam et sexagesimam
Olympiadem clarus est habitus. Fuit autem ultra ceteros
alto animo et contemne omnes, ut ex ipso ejus scripto
apparet, ubi ait : *Multarum rerum scientia non dat sa-
nam mentem : nam dliquo in Hesiodo dedisset et Pytha-
goræ, itemque Xenophani et Hecateo.* Namque unum
esse sapiens nosse mentem quæ sola gubernet omnia per
omnia. Homerumque dicebat dignum qui ex certaminibus
eiceretur colaphisque cæderetur, Archilochumque simili-
ter. (2) Dicebat autem etiam, *Insolentiam exstingui
oportet magis quam incendium* : item, *Plebem oportet
pro lege non secus ac pro muro pugnare.* Acriter autem
Ephesios carpit, quod amicum suum Hermodorum ejece-
rant, ubi dicit, *Merentur Ephesii puberes mori omnes et
impuberibus urbem relinquere, quoniam Hermodorum
ipsorum præstantissimum expulerunt, dicentes, Nemo
inter nos præ ceteris excellat : quodsi quis erit talis,
alibique esto et cum aliis.* Quum autem rogaretur a
civibus ut leges ipsi poneret, facere contempsit, quod jam
civitas pessima consuetudine imbuta esset. (3) Secedens
vero ad templum Dianæ cum pueris ludebat : circumstan-
tibus autem ipsum Ephesiis, *Quid, inquit, o perditii, mi-
ramini? nonne præstat istud facere quam vobiscum ultra
republicam administrare? Tandem hominum odio percit-
tus secessit vitamque in montibus ducebat, olera et herbas
comedens. Ejus rei gratia morbo aquæ intercutis abreptus
ad urbem rediit, medicosque per ænigmata sciscitabatur
an possent ex imbre siccitatem facere. Illis non intelligen-
tibus, se ipsum boum stabulo includens et fimo bubulo
obruens eo calore arbitrabatur noxium et exundantem hu-
morem exhaurire posse. Ubi vero ne sic quidem quidquam
proficiebat, mortuus est sexagesimum ætatis agens annum.*
(4) Estque in ipsum nostrum sic habens epigramma :

Mecum Heraclitum mirabar sæpe quod olim
sic vitam infelix hausit et inde obiit.
Nam malus ossa rigans et aquosus corpora languor,
extincto invexit lumine mox tenebras.

Hermippus autem refert illum medicis dixisse, num pos-
set quispiam pressis intestinis humorem exhaurire; negan-
tibus autem, se ipsum solis objecisse radiis ac jussisse pue-
ris boum fimo se oblinere; ita vero distentum altero

τεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταρῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Νεάν-
 θης δ' ὁ Κυζικηνὸς φησὶ μὴ δυνήθηντ' αὐτὸν ἀποσπά-
 σαι τὰ βόλιτα μείναι καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοη-
 θέντα κυνόβρωτον γενέσθαι. (5) Γέγονε δὲ θαυμάσιος 4
 ἐκ παίδων, ὅτε καὶ νέος ὢν ἔφρασκε μηδὲν εἰδέναι, τέ-
 λειος μέντοι γενόμενος πάντ' ἐγνώκηναι. ἤκουσέ τ'
 οὐδένος, ἀλλ' ἔωυτον ἔφη διζήσασθαι καὶ μαθεῖν πάντα
 παρ' ἑωυτοῦ. Σωτίων δὲ φησὶν εἰρηκέναι τινὰς Ξενο-
 φάνους αὐτὸν ἀκηκρέναι· λέγειν τ' Ἀρίστωνα ἐν τῷ
 10 περὶ Ἡρακλείτου καὶ τὸν ὕδρον αὐτὸν θεραπευθῆναι,
 ἀποθανεῖν δ' ἄλλῃ νόσῳ. τοῦτο δὲ καὶ Ἰππόβοτος
 φησὶ. Τὸ δὲ φερόμενον αὐτοῦ βιβλίον ἐστὶ μὲν ἀπὸ 5
 τοῦ συνέχοντος περὶ φύσεως, διήρηται δ' εἰς τρεῖς λό-
 γους, εἰς τε τὸν περὶ τοῦ παντός καὶ τὸν πολιτικὸν καὶ
 15 θεολογικόν. (6) ἀνέθηκε δ' αὐτὸ εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος
 ἱερὸν, ὡς μὲν τινες, ἐπιτηδεύσας ἀσφαέστερον γρά-
 ψαι, ὅπως οἱ δυνάμενοι προσίοιεν αὐτῷ καὶ μὴ ἐκ τοῦ
 δημώδους εὐκαταφρόνητον εἶη. τοῦτον δὲ καὶ ὁ Τίμων
 ὑπογράφει λέγων,
 20 'Τοῖς δ' ἐνὶ κοκκυστῆς ὄχλοῦ οἰδορος· Ἡράκλειτος
 αἰνικτῆς ἀνόρουσε.

Θεόφραστος δὲ φησὶν ὑπὸ μελαγχολίας τὰ μὲν ἡμιτελῆ,
 τὰ δ' ἄλλοτ' ἄλλως ἔχοντα γράφαι. σημειῶν δ' αὐτοῦ
 τῆς μεγαλοφροσύνης Ἀντισθένης φησὶν ἐν διαδοχαῖς·
 25 ἐκχωρήσασθαι γὰρ τὰ δελφῶ τῆς βασιλείας. τοσαύτην δὲ
 δόξαν ἔσχε τὸ σύγγραμμα ὡς καὶ αἰρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ
 γενέσθαι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτεῖους. (7) Ἐδόκει 6
 δ' αὐτῷ καθολικῶς μὲν τάδε· Ἐκ πυρός τὰ πάντα συν-
 εστάναι καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι· πάντα τε γίνεσθαι
 30 καθ' εἰμαρμένην καὶ διὰ τῆς ἐναντιοτροπῆς ἡρόσθαι
 τὰ ὄντα· καὶ πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη.
 εἶρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ συνισταμένων
 πάντων [παθῶν], ὅτι θ' ὁ ἥλιός ἐστι τὸ μέγεθος ὅσος
 φραίνεται. λέγει δὲ καὶ, Ψυχῆς πείρατα οὐκ ἂν ἐξεύ-
 35 ροιο πᾶσαν ἐπιπορευόμενος ὁδόν· οὕτω βαθὺν λόγον
 ἔχει. τὴν τ' οἴησιν ἱερὰν νόσον ἔλεγε καὶ τὴν θρασὶν
 ψεύδεσθαι. λαμπρῶς τ' ἐνόησε ἐν τῷ συγγράμματι
 καὶ σαφῶς ἐκβάλλει, ὥστε καὶ τὸν νοθέστατον βραδύως
 γνῶναι καὶ διάγραμμα ψυχῆς λαβεῖν· ἢ τε βραχύτης καὶ
 40 τὸ βᾶρος τῆς ἐρημνείας ἀσύγκριτον. (8) Καὶ τὰ ἐπὶ
 μέρους δὲ αὐτῷ ὁδ' ἔχει τῶν δογμάτων· Πῦρ εἶναι στοι-
 χεῖον καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα, ἀραιώσει καὶ πυ-
 κνώσει γινόμενα. σαφῶς δ' οὐδὲν ἐκτίθεται. γίνεσθαι τε
 πάντα κατ' ἐναντιότητα καὶ βρεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην.
 45 πεπεράνθαι τε τὸ πᾶν καὶ ἓνα εἶναι κόσμον· γενᾶσθαι
 τ' αὐτὸν ἐκ πυρός καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατὰ τινὰς
 περιόδους ἐναλλάξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα· τοῦτο δὲ γί-
 νεσθαι καθ' εἰμαρμένην. τῶν δ' ἐναντίων τὸ μὲν ἐπὶ τὴν
 γένεσιν ἄγον καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν, τὸ δ' ἐπὶ τὴν
 50 ἐκπύρωσιν ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην. καὶ τὴν μεταβολὴν
 ὁδὸν ἄνω κάτω τὸν τε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην. (9)
 πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι συνιστάμενόν τε
 γίνεσθαι ὕδωρ, πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπε-

die obisse sepultumque in foro esse. Neanthes vero
 Cyzicenus ait illum, fimo bubulo quum se eximere non
 posset, ita perstitisse atque ob eam mutationem ignotum
 a canibus discriptum esse. (5) Fuit autem a puero mira-
 bilis, unde et, quum esset juvenis, nihil se dicebat scire;
 ubi vero ad virilitatis annos evaserat, nihil ignorare. Ne-
 minem quidem audivit, verum semet ipsum pervestigando
 operam dedisse omniaque ex semet ipso didicisse aiebat.
 Sotion autem quosdam dixisse refert Xenoplans illum
 fuisse auditorem : Aristonemque in libro de Heraclito ci-
 cere aquæ intercutis morbo curato alio malo illum mor-
 tuum esse. Idem refert Hippobotus. Ejus vero qui legi-
 tur liber generaliter quidem de natura est, ceterum tres
 in partes scinditur : na nque et de universo et de repu-
 blica et de theologia disserit. (6) Eum vero ille in templo
 Dianæ deposit, ut quidam putant, de industria obscurius
 scriptum, ut soli eruditi ipsum legerent, neu, si a vulgo
 passim legeretur, facile contemni posset. Hunc vero et
 Timon descripsit his verbis :

Inque his correptor mordax plebis Heraclitus
 obscurus surrexit.

Theophrastus illum atra bile laborantem alia semiperfecta,
 alia inter se dissidentia scripsisse refert. Ejus alti animi
 signum Antisthenes in Successionibus id assertit, quod fra-
 tri regnum connesserit. Tantum vero gloriae meruit
 ipsius liber, ut sectatores habuerit qui appellantur Hera-
 clitii. (7) Sunt autem ista quæ illi summatim visa sunt :
 Ex igne cuncta constare in eumque resolvi omnia; fato
 omnia fieri et ex conversione contraria quæ sint omnia.
 congruere et coaptari; animarum item et dæmonum plena
 esse omnia. Dixit et de iis quæ in mundo contingunt omni-
 bus, solisque eam esse magnitudinem quæ cernitur oculis.
 Dicit vero etiam, animæ terminos nunquam reperiri
 posse, quacunque quis via id exploraverit : adeo profundam
 ejus esse rationem. Arrogantiam sacrum morbum appella-
 bat, visumque fallacem esse. Clare quidem interdum et
 aperte in suo opere loquitur, ut vel tardissimo cuique facilis
 sit ad intelligendum idemque animi quandam elationem
 sentiat : concinnitas quoque stili et gravitas incomparabi-
 lis est. (8) Jam vero per partes digesta sic se habent ejus
 decreta : Ignem elementum esse ignisque vicissitudine con-
 stare omnia, tum raritate tum densitate genita. Aperte vero
 nihil explicat. Fierique omnia per contrarietatem et flumi-
 nis in modum omnia fluere. Finitumque esse hoc univer-
 sum et unum esse mundum : eumque ex igne nasci et rur-
 sus per quosdam ambitus conflagrare, idque per vices in per-
 petuum : id autem fato fieri. Ex his vero quæ contraria
 sunt id quidem quod ad generationem adducat vocari bellum
 et contentionem; quod autem ad conflagrationem, concor-
 diam et pacem. Mutationem quoque viam esse sursum
 deorsumque ducentem, secundum quam fieri mundum. (9)
 Densatum quippe ignem liquescere coactumque aquam
 fieri, concretam vero aquam in humum verti : et hanc

σθαί καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι λέγει. πάλιν τ' αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἔξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι, ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπὰ, σχεδὸν πάντα ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης. αὕτη δ' ἐστὶν ἢ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός.

5 γίνεσθαι δ' ἀναθυμιάσεις ἀπὸ τε γῆς καὶ θαλάττης, ἃς μὲν λαμπράς καὶ καθαράς, ἃς δὲ σκοτεινάς. αὕξεσθαι δὲ τὸ μὲν πῦρ ὑπὸ τῶν λαμπρῶν, τὸ δ' ὕγρον ὑπὸ τῶν ἐτέρων. τὸ δὲ περιέχον ὁποῖόν ἐστιν οὐ δηλοῖ εἶναι μέντοι ἐν αὐτῷ σκάφας ἐπεστραμμένας κατὰ

10 κοῖλον πρὸς ἡμᾶς, ἐν αἷς ἀθροιζομένας τὰς λαμπράς ἀναθυμιάσεις ἀποτελεῖν φλόγας, ἃς εἶναι τὰ ἄστρα. (10) λαμπροτάτην δ' εἶναι τὴν τοῦ ἡλίου φλόγα καὶ θερμοτάτην. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἄστρα πλεῖον ἀπέχειν ἀπὸ γῆς καὶ διὰ τοῦτο ἤττον λάμπειν καὶ θάλπειν,

15 τὴν δὲ σελήνην προσγειοτέραν οὔσαν μὴ διὰ τοῦ καθαροῦ φέρεσθαι τόπου. τὸν μέντοι ἥλιον ἐν διαυγείᾳ καὶ ἀμιγείᾳ κεῖσθαι καὶ σύμμετρον ἀπ' ἡμῶν ἔχειν διάστημα· τοιγάρτοι μᾶλλον θερμαίνειν τε καὶ φωτίζειν. ἐκλείπειν θ' ἥλιον καὶ σελήνην, ἄνω στρεφόμενων τῶν

20 σκαφῶν· τούτους τε κατὰ μῆνα πῆς σελήνης σχηματισμοῦς γίνεσθαι στρεφομένης ἐν αὐτῇ κατὰ μικρὸν τῆς σκάφης. ἡμέραν τε καὶ νύκτα γίνεσθαι καὶ μῆνας καὶ ὄρας ἐτείους καὶ ἐνιαυτούς ὑετούς τε καὶ πνεύματα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια κατὰ τὰς διαφόρους ἀναθυμιάσεις.

25 (11) τὴν μὲν γὰρ λαμπρὰν ἀναθυμίασιν φλογωθείσαν ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ ἡλίου ἡμέραν ποιεῖν, τὴν δ' ἐναντίαν ἐπικρατήσασαν νύκτ' ἀποτελεῖν· καὶ ἐκ μὲν τοῦ λαμπροῦ τὸ θερμὸν αὐξανόμενον θέρος ποιεῖν, ἐκ δὲ τοῦ σκοτεινοῦ τὸ ὕγρον πλεονάζον χειμῶνα ἀπεργάζεσθαι. ἀκο-

30 λούθως δὲ τούτοις καὶ περὶ τῶν ἄλλων αἰτιολογεῖ. περὶ δὲ τῆς γῆς οὐδὲν ἀποφαίνεται ποία τίς ἐστίν, ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν σκαφῶν. καὶ ταῦτα μὲν ἦν αὐτῷ τὰ δοκούντα. Τὰ δὲ περὶ Σωκράτους καὶ ὅσα ἐντυχῶν τῷ συγγράμματι εἶποι, κοίμσαντος Εὐριπίδου, καθά φη-

35 σιν Ἀρίστων, ἐν τῷ περὶ Σωκράτους εἰρηκάμεν. (12) Σέλευκος μέντοι φησὶν ὁ γραμματικὸς Κρότωνά τινα ἱστορεῖν ἐν τῷ Κατακολυμβητῇ Κράτητά τινα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσει τὸ βιβλίον· ὃν καὶ εἰπεῖν Δηλίου τινὸς δεῖσθαι κολυμβητοῦ, ὃς οὐκ ἀποπνιγῆσεται

40 ἐν αὐτῷ. ἐπιγράφουσι δ' αὐτὸ οἱ μὲν Μούσας, οἱ δὲ περὶ φύσεως, Διόδωτος δὲ

Ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς σταθμὸν βίου,

ἄλλοι γνώμην ἠθῶν, τρόπου κόσμον ἐνὸς τῶν ζυμπάντων. φασὶ δ' αὐτὸν ἐρωτηθέντα διὰ τί σιωπᾷ, φάναι,

45 « Ἦν ὑμεῖς λαλήτε. » ἐπόθησε δ' αὐτοῦ καὶ Δαρεῖος μετασχεῖν καὶ ἔγραψεν ὧδε πρὸς αὐτόν·

13. Βασιλεὺς Δαρεῖος πατρὸς Ὑστάσπεω Ἡράκλειτον Ἐφέσιον σοφὸν ἄνδρα πρὸς ἀγορεύει [χαίρειν].

50 Καταβέβλησαι λόγον περὶ φύσεως δυσνόητόν τε καὶ δυσεξήγητον. ἐν τισὶ μὲν οὖν ἐρμηνευόμενος κατὰ λέξιν σὴν δοκεῖ δύναμιν τινα περιέχειν θεωρίας κόσμου τε οὐ σύμπατος καὶ τῶν ἐν τούτῳ γινομένων, ἅπερ ἐστὶν

viam esse deorsum ducentem. Humum ipsam denuo liquescere atque ex ea fieri aquam, ex ea autem reliqua : ferme omnia enim ad evaporationem eam refert quæ ex mari fit. Hæc autem sursum ducens via est. Porro evaporationes ex terra fieri et mari, alias quidem lucidas et liquidas, alias vero occultas. A lucidis ignem, a reliquis humorem incrementa capere. Aream vero cujusmodi sit non significat : esse tamen scaphas per concavum ad nos conversas, in quibus convenientes evaporationes lucidas efficere flammæ, quæ sint sidera. (10) Esse autem lucidissimam calidissimamque solis flammam : namque astra cetera a terra remotiora esse atque ideo minus lucere minusque calefacere ; lunam, quæ terræ vicinior sit, non per liquidum locum deferri. Solem in suo splendore nulli admixtioni obnoxium durare, et modico a nobis intervallo distare : ex eo igitur magis calefacere atque illustrare. Deducere item solem ac lunam quum scaphæ ad superiora vertantur : menstruasque figuras lunæ fieri, dum ejus sensim vertitur scapha. Diem item ac noctem et menses et tempestates et annos, pluvias et ventos et his similia secundum evaporationes varias fieri. (11) Nam lucidam evaporationem in solis circulo inflammatam diem facere ; contrariam vero, ubi obtinuerit, efficere noctem : item ex lumine calorem auctum æstatem efficere ; ex tenebris humorem abundantem hiemem operari. In hunc modum et de cæteris causis disputat. Enimvero de terra cujusmodi sit nihil enuntiat, ac ne de scaphis quidem. Atque ita ejus dogmata fieri. Porro quod ad Socratem attinet, quenam ejus de illo sententia fuerit, quum ejus legisset librum ab Euripiðe sibi allatum, ut Ariston ait, diximus quum de Socrate loqueremur. (12) Seleucus tamen grammaticus ait Crotonem quendam in Urinatore tradere Cratetem quendam hunc librum primo in Græciam attulisse ac dixisse eum librum Delio aliquo indigere natatore qui in illo non submergeretur. Inscribunt eum alii Musas, de natura rerum alii, Diodotus vero

Vitæ stationi clavum exactum ad regulam ;

quidam judicium morum, moris ordinem unius omnium. Aium illum, quum rogaretur cur taceret, dixisse, Ut vos loquamini. Ejus frui contubernio etiam Darius optavit, scripsitque ad eum ita :

13. *Rex Darius Hystaspis filius Heraclitum Ephesium sapientem virum salutat.*

Librum de natura rerum scripsisti, obscurum ad intelligendum difficilemque ad exponendum. Is igitur si locis quibusdam ad verbum exponatur, vim quandam speculationis continere videtur mundi totius et quæ in

ἐν θειοτάτῃ κείμενα κινήσει· τῶν δὲ πλείστον ἐποχὴν ἔχοντα, ὥστε καὶ τοὺς ἐπὶ πλείστον μετεσχηκότας συγγραμμάτων (Ἑλληνικῶν) διαπορεῖσθαι τῆς ὀρθῆς δοκούσης γεγράφθαι παρὰ σοὶ ἐξηγήσεως. βασιλεὺς οὖν Δαρείος Ὑστάσπου βούλεται τῆς σῆς ἀκροάσεως μετασχεῖν καὶ παιδείας Ἑλληνικῆς. ἔρχου δὴ συντόμως πρὸς ἐμὴν ὄψιν καὶ βασιλεῖον οἶκον· (14) Ἑλληνες γὰρ ἐπὶ τὸ πλείστον ἀνεπισήμαντοι σοφοῖς ἀνδράσιν ὄντες παρορῶσι τὰ καλῶς ὑπ' αὐτῶν ἐνδεικνύμενα πρὸς σπουδαίαν ἀκοήν καὶ μάθησιν. παρ' ἐμοὶ δ' ὑπάρχει σοὶ πᾶσα μὲν προεδρία, καθ' ἡμέραν δὲ καλὴ καὶ σπουδαία προσάγρευσις καὶ βίος εὐδόκιμος σαῖς παραινέσειν.

Ἡράκλειτος ἀπεκρίνατο οὕτως·

15 Ἡράκλειτος Ἐφεσῖος βασιλεῖ Δαρείῳ πατρὸς Ὑστάσπεω χαίρειν.

Ὀκόσοι τυγχάνουσιν ὄντες ἐπιχθόνιοι τῆς μὲν ἀληθείης καὶ δικαιοπραγμοσύνης ἀπέχονται, ἀπληστή δὲ καὶ δοξοκοπή προέχουσι κακῆς ἕνεκα ἀνοίης. ἐγὼ δ' ἀμνηστὴν ἔχον πάσης πονηρίας καὶ κόρον φεύγων πάντως οἰκείουμενον φθῶν καὶ διὰ τὸ περίστασθαι ὑπερηφανίην οὐκ ἂν ἀφικοίμην ἐς Περσῶν χώραν, ὀλίγοις ἀρκέμενος κατ' ἐμὴν γνώμην.

Τοιοῦτος μὲν ἀνὴρ καὶ πρὸς βασιλέα. (15) Δημήτριος δὲ φησιν ἐν τοῖς ὁμινύμοις καὶ Ἀθηναίων αὐτὸν ὑπερφρονῆσαι, δόξαν ἔχοντα παμπλείστην· καταφρονούμενόν θ' ὑπὸ τῶν Ἐφεσίων ἐλέσθαι μᾶλλον τὰ οἰκεῖα. μέμνηται αὐτοῦ καὶ ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογία. πλείστοι τ' εἰσὶν ὅσοι ἐξηγῆνται αὐτοῦ τὸ σύγγραμμα· καὶ γὰρ Ἀντισθένης καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός Κλεάνθης τε καὶ Σφαῖρος ὁ στωικός, πρὸς δὲ Παισανίας ὁ κληθεὶς Ἡρακλειτῆς, Νικομήδης τε καὶ Διονύσιος· τῶν δὲ γραμματικῶν Διδότος, ὃς οὐ φησι περὶ φύσεως εἶναι τὸ σύγγραμμα, ἀλλὰ περὶ πολιτείας, τὸ δὲ περὶ φύσεως ἐν παραδείγματός εἶδει κείσθαι. (16) Ἱερώνυμος δὲ φησι καὶ Σκυθῖνον τὸν τῶν ἰάμβων ποιητὴν ἐπιβαλέσθαι τὸν ἐκείνου λόγον διὰ μέτρον ἐκβάλλειν. πολλά τ' εἰς αὐτὸν ἐπιγράμματα φέρεται, ἀτὰρ δὴ καὶ τότε·

40 Ἡράκλειτος ἐγὼ· τί μ' ἄνω κάτω ἔλκετ' ἄμουσοι; οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δ' ἐμ' ἐπισταμένους. εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος τριεμίριοι, οἱ δ' ἀνάριθμοι οὐδέεις. ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ Φερσεφόνη.

καὶ ἄλλο τοιόνδε·

45 Μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλεε βίβλον τοῦφεσίου· μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός. ὄρφη καὶ σότος ἐστὶν ἀλάμπητον· ἦν δέ σε [μύστης εἰσαγάγη, φανεροῦ λαμπρότερ' ἡλίου.

(17) Γεγόνασι δ' Ἡρακλείτοι πέντε· πρῶτος αὐτὸς οὗτος· 13 δεῦτερος ποιητὴς λυρικός, οὗ ἐστὶ τῶν δώδεκα θεῶν

eo fiunt omnium, quæ quidem sunt in divino motu constituta: plurima tamen assensum cohibent, adeo ut hi quoque qui plurimam literis (Græci) dederunt operam, de vera interpretatione ac sententia eorum quæ scripsisti ambigant. Rex igitur Darius Hystaspis filius auditor esse tuus cupit particepsque Græcæ eruditionis fieri. Venias itaque quamprimum in conspectum meum ac regiam domum: (14) Græci enim ut plurimum viros sapientes parum colere soliti non curant quæ ab his præclare fuerint et ad audiendum studiose et ad discendum tradita. Apud me autem aderit tibi omnis honor primatusque omnis, item quotidie sollicita observatio et grata allocutio vitæque tuis monitis consentanea.

Cui hoc responsum tulit Heraclitus:

Heraclitus Ephesius regi Dario Hystaspis filio salutem.

Quotquot mortales in terris vivunt, a veritate ac iustitia se longius removeant, avaritiæ autem inexplebili et gloriæ studio intendunt perditæ dementiæ causa. Ego autem omnis immemor nequitiae fastumque devotans, cui semper adhæret invidia, itemque superbiciæ effugiendæ causa nunquam in Persarum solum adventiniam, præcis contentus secundum meam sententiam.

Hujusmodi ille et adversus regem fuit. (15) Demetrius autem in Cognominibus ipsum et Athenienses aspernatum ait, apud quos magna de illo erat opinio; et quum Ephesiis esset contemptui, tamen in patria vivere maluisse. Meminit illius Demetrius quoque Phalereus in Socratis Defensione. Plurimique fuere qui ejus exponerent librum: quippe et Antisthenes et Heraclides Ponticus Cleanthesque et Sphærus Stoicus, Pausanias præterea qui Heracliteus appellatus est, Nicomedes quoque ac Dionysius; ex grammaticis autem Diodotus, qui opus illud non de natura, sed de republica dixit disserere: nam quæ de natura disserit, in exempli speciem inserta illic esse. (16) Hieronymus autem Scythinum quendam iamborum poetam aggressum esse illius librum versibus exponere dixit. Multa autem epigrammata in ipsum feruntur, in quibus etiam hoc:

Heraclitus ego: quid me vexatis inepti?

Non vos, sed doctos tam grave quærit opus.

Unus homo est nobis ter mille, sed innumeratus nemo. Vel in Stygiis hæc ego dico locis.

Item aliud hocce:

Noli Heraclitum rapido percurrere cursu: est via difficilis, luce papyrus eget.

At si doctus in hæc te duxerit atria vates, Cuncta videbuntur lucidiora die.

(17) Quinque autem Heracliti fuere: primus hic ipse; secundus poeta lyricus, cujus est illa duodecim deorum laus;

ἐγκώμιον· τρίτος ἐλεγείας ποιητῆς Ἀλικαρνασεύς, εἰς ὃν Καλλιμάχος πεποίηκεν οὕτως·

Ἐπέ τις, Ἡράκλειτε, τὸν μόνον, ἐς δ' ἐμὲ δάκρυ
ἤγαγεν, ἐμνήσθην δ' ὀσάκεις ἀμφοτέρω
5 ἥλιον ἐν λέσχη κατεδύσαμεν· ἀλλὰ σὺ μὲν που,
ξεῖν' Ἀλικαρνασεῦ, τετράπαλαι σποδὶή·
αἱ δὲ τεαὶ ζῶουσιν ἀηδόνες, ἧσιν ὁ πάντων
ἀρπάκτης Αἴδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

τέταρτος Λέσβιος, ἱστορίαν γεγραφὼς Μακεδονικὴν·
10 πέμπτος σπουδογέλιος, ἀπὸ κιθαρῳδίας μεταβεθηκώς
εἰς τὸδε τὸ εἶδος.

tertius elegiæ poeta Halicarnasseus, in quem Callimachus sic scripsit :

Heraclite, mihi quidam tua funera dixit,
et subito lacrimis immaduere genæ,
Quum memini longos quoties consumpsimus ambo
soles, miscentes seria multa jocis.
Pulvis at es tenuis nunc hospes : sed tua Musa
vivit, Plutonis nec timet illa manus.

Quartus Lesbius, qui Macedonum scripsit historiam ; quintus seria miscens ridiculis, qui ab arte cithara canendi transit ad hoc scribendi genus.

ΚΕΦ. Β'.

CAP. II.

XENOPHANES.

XENOPHANES.

18. Ξενοφάνης Δεξίου ἢ, ὡς Ἀπολλόδορος, Ὀρθομέ-
νους Κολοφώνιος ἐπαινεῖται πρὸς τοῦ Τίμιονος· φησὶ
γούν,

15 Ξεινοφάνην ὑπάτυφον, Ὀμηραπάτην ἐπικόπητην.
οὗτος ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος ἐν Ζάγκλῃ τῆς Σικελίας
διέτριβε καὶ ἐν Κατάνῃ. διήκουσε δὲ κατ' ἐνίου μὲν 2
οὐδενός, κατ' ἐνίου δὲ Βότωνος Ἀθηναίου ἢ, ὡς τινες,
Ἀρχελάου. καί, ὡς Σωτίων φησὶ, κατ' Ἀναξίμαν-
20 δρον ἦν. γέγραφε δὲ καὶ ἐν ἔψει καὶ ἐλεγείας καὶ 3
ἰάμβους καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὀμήρου, ἐπικόπητων
αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐρ-
ραψῶδει τὰ ἑαυτοῦ. ἀντιδοξάζασι τε λέγεται Θαλῆ καὶ
Πυθαγόρῃ, καθάψασθαι δὲ καὶ Ἐπιμενίδου. μακρο-
25 βιώτατός τε γέγονεν, ὡς που καὶ αὐτός φησιν.

(18) Ἦδη δ' ἐπτά τ' ἔασι καὶ ἐξήκοντ' ἔνιαυτοὶ
βληστῆρόντες ἐμὴν φροντίδ' ἄν' Ἑλλάδα γῆν·
ἐκ γενετῆς δὲ τότ' ἤσαν εἰκόσι πέντε τε πρὸς τοῖς,
εἴπερ ἐγὼ περὶ τῶνδ' οἶδα λέγειν ἐτύμως.

30 Φησὶ δὲ τέτταρα εἶναι τῶν ὄντων στοιχεῖα, κόσμους δ'
ἀπείρους, παραλλάκτους δέ. τὰ νέφη συνίστασθαι
τῆς ἀφ' ἡλίου ἀτμίδος ἀναφερομένης καὶ αἰρούσης αὐτὰ
εἰς τὸ περιέχον. οὐσίαν θεοῦ σφαιροειδῆ, μηδὲν
ὁμοίον ἔχουσιν ἀνθρώπων· ὄλον δ' ὄραν καὶ ὄλον
35 ἀκούειν, μὴ μέντοι ἀναπνεῖν· σύμπαντά τ' εἶναι
νοῦν καὶ φρόνησιν καὶ αἰδίων. πρῶτός τ' ἀπεφῆναιτο
ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον φθαρτὸν ἔστι καὶ ἡ ψυχὴ πνεῦμα·
ἔφη δὲ καὶ τὰ πολλὰ ἦσσω νοῦ εἶναι. καὶ τοῖς τυράννοις
ἐντυγγάνειν ἢ ὡς ἤκιστα ἢ ὡς ἥδιστα. (20) Ἐμπεδοκλέους
40 δ' εἰπόντος αὐτῷ ὅτι ἀνευρέτός ἐστιν ὁ σοφός, « εἰκό-
τως, ἔφη· σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἐπιγνωσόμενον
τὸν σοφόν. » φησὶ δὲ Σωτίων πρῶτον αὐτὸν εἰπεῖν
ἀκατάληπτ' εἶναι τὰ πάντα, πλανώμενος. ἐποίησε
δὲ καὶ Κολοφώνιος κτίσιν καὶ τὸν εἰς Ἑλέαν τῆς Ἰτα-
45 λίας ἀποικισμὸν ἔπη δις γλῶσσαι. καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν
ἐξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς

18. Xenophanes Dexii sive, ut Apollodorus ait, Orthome-
nis filius Colophonius a Timone laudatur : ait enim,

Æquus Xenophanes, fraudum reprehensor Homeri.

Pulsus autem patria Zancle in Sicilia moratus est atque
Catinae. Sunt qui neminem audisse dicant; neque desunt
qui Botonis Atheniensis auditorem fuisse asseverent; alii
Archelaum audisse. Atque, ut Sotion ait, Anaximandri
ætate vixit. Scripsit autem carmine heroico; item elegias
atque iambos contra Hesiodum atque Homerum, quæ de
diis dixere illis exprobrans. Ipse quoque sua canebat poe-
mata. Thaletis ac Pythagoræ opinionibus contraria sensisse
fertur, Epimenidemque increpuisse. Vitam in ultimam se-
nectutem produxit, sicuti et ipse quodam in loco testatur,
dicens :

(19) Jam sexaginta septem anni præterierunt,
jactantes curas Graja per arva meas :
Sed tum viginti quumque a natalibus acti,
si quidem ego hæc recte sum meminisse potis.

Ait autem quattuor esse rerum elementa, infinitos autem
mundos eosdemque mutabiles. Nubes consistere quum vapo-
res a sole excitati sursum feruntur easque in aerem elevant.
Dei substantiam rotundam esse et globosam nihilque cum
homine habere commune; totum cernere totumque audire,
non tamen respirare; denique omnibus suis partibus et
mentem esse et prudentiam atque æternitatem. Primum-
que pronuntiavit quidquid nascatur, idem interire debere;
item animam spiritum : aiebat vero etiam pleraque inferiora
mente esse. Item tyrannus congregiendum aut minime esse
aut suavissime. (20) Empedocle autem dicente ipsi sapien-
tem inveniri non posse, Recte, inquit : nam sapiens sit ne-
cesse est, qui norit explorare sapientem. Omnia incom-
prehensibilia esse primum hunc dixisse Sotion auctor est,
sed fallitur. Scripsit etiam Origines Colophonis et de Ita-
lica in Eleam colonia versus ad duo millia. Floruit sexa-
gesima fere Olympiade. Refert vero Demetrius Phalereus

ρεὺς ἐν τῷ περὶ γήρωσ καὶ Παναίτιος ὁ στωϊκὸς ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας ταῖς ἰδίαις χερσὶ θάψαι τοὺς υἱεῖς αὐτόν, καθάπερ καὶ Ἀναξαγόραν. δοκεῖ δὲ * πεπερᾶσθαι ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν Παρμενίσκου καὶ Ὀρεστάδου, καθάπερ φησι Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ. Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ξενοφάνης Λέσβιος ποιητὴς ἰάμβων. καὶ οὗτοι μὲν οἱ σποράδην.

in libro de Senectute Panætiusque Stoicus in libro de Tranquillitate animi filios illum propriis sepelisse manibus, sicuti et Anaxagoram. Creditur autem a Pythagoreis Parmenisco et Orestade, ut Favorinus in primo Commentariorum ait, venisse (?). Fuit autem et alius Xenophanes, poeta iambicus ex Lesbo. Atque hi quidem sunt philosophi qui dicuntur sparsim (et sine secta) exstitisse.

ΚΕΦ. Γ.

PARNMENIDΗΣ.

21. Παρμενίδης Πύρητος Ἐλεάτης διήκουσε Ξενοφάνους. τοῦτον Θεόφραστος ἐν τῇ ἐπιτομῇ Ἀναξιμάνδρου φησὶν ἀκοῦσαι. ὁμῶς δ' οὖν ἀκούσας καὶ Ξενοφάνους οὐκ ἠκολούθησεν αὐτῷ. ἐκοινωνήσεν δὲ καὶ Ἀμεινίᾳ καὶ Διοχαίτῃ τῇ Πυθαγορικῇ, ὡς ἔφη Σωτίων, ἀνδρὶ πένητι μὲν, καλῷ δὲ κάγαθῷ. ἦ καὶ μᾶλλον ἠκολούθησεν καὶ ἀποθανόντος ἤρῳν ἰδρύσατο. γένους θ' ὑπάρχων λαμπροῦ καὶ πλούσιος ὑπ' Ἀμεινίου, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ Ξενοφάνους εἰς ἡσυρίαν προετρέπη. Πρῶτος δ' οὗτος τὴν γῆν ἀπέφηνε σφαιροειδῆ καὶ ἐν μέσῳ κείσθαι. δύο τ' εἶναι στοιχεῖα, πῦρ καὶ γῆν· καὶ τὸ μὲν δημιουργοῦ τάξιν ἔχειν, τὴν δ' ὕλης. (22) γένεσιν τ' ἀνθρώπων ἐξ ἰλύος πρῶτον γενέσθαι· αὐτῶν δ' ὑπάρχειν τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἐξ ὧν τὰ πάντα συνεστάναι. καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν ψυχὴν ταῦτον εἶναι, καθὰ μέμνηται καὶ Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς, πάντων σχεδὸν ἐκτιθέμενος τὰ δόγματα. δισσήν τ' ἔφη εἶναι τὴν φιλοσοφίαν, τὴν μὲν κατ' ἀλήθειαν, τὴν δὲ κατὰ δόξαν. διὸ καὶ φησὶ που*

Χρῆδ' ἐπεὶ σε πάντα πυθέσθαι
ἡμὲν ἀληθείης εὐπειθέος ἀτρεμέος ἦτορ,
ἧδὲ βροτῶν δόξας, τῆς οὐκ εἶναι πίστις ἀληθῆς.

30 Καὶ αὐτὸς δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσιόδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς. κριτήριον δὲ τὸν λόγον εἶπε· τὰς τ' αἰσθήσεις μὴ ἀκριβεῖς ὑπάρχειν. φησὶ γοῦν·

Μηδέ σ' ἔθος πολῦπειρον δδὸν κατὰ τήνδε βιάσθω
νομᾶν ἄσκοπον ὄμμα καὶ ἠχέσσαν ἀκοὴν
καὶ γλῶσσαν, κρῖναι δὲ λόγῳ πολὺδτηρὶν ἔλεγχον.

(23) διὸ καὶ περὶ αὐτοῦ φησὶν ὁ Τίμων·

Παρμενίδου τε βῆτην μεγαλόφρονα, τὴν πολὺδοξον,
ὅς ῥ' ἐπὶ φαντασίας ἀπάτης ἀνενείχματο νόσεις.

40 Εἰς τοῦτον καὶ Πλάτων τὸν διάλογον γέγραφε, Παρμενίδην ἐπιγράψας ἢ περὶ ἰδεῶν. ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἐξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. καὶ δοκεῖ πρῶτος πεφωρακέναι τὸν αὐτὸν εἶναι Ἑσπερον καὶ Φωσφόρον, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν πέμπτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων· οἱ δὲ Πυθαγόραν. Καλλίμαχος δὲ φησὶ μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα. λέγεται δὲ καὶ νόμους

CAP. III.

PARNMENIDES.

21. Parmenides Pyretis filius Eleates Xenophanis auditor fuit. Hunc Theophrastus in Epitome Anaximandrum au disse tradit. Licet autem Xenophanis auditor fuerit, secutus tamen illum non est. Habuit etiam consuetudinem cum Aminia et Diochaeta Pythagoreo, ut Sotion ait, paupere illo quidem, sed honesto viro ac bono : quem etiam potius secutus est ac vita functo sacellum tanquam heroi adificavit. Quum et genere et opibus illustris esset, tamen ab Aminia, non a Xenophane ad quietam vitam inductus est. Primus hic terram rotundam esse dixit et in medio sitam. Duoque esse elementa, ignem et terram ; illum opificis, hanc materiæ tenere locum. (22) Generationem item hominum ex luto primum esse ortam : eorum autem partes calidum esse et frigidum, ex quibus constant omnia. Ac mentem et animum idem esse, sicuti et Theophrastus in Physicis memorat, ubi fere omnium placita exponit. Philosophiam quoque esse duplicem, aliam secundum veritatem, aliam secundum opinionem. Unde quodam in loco ait :

Te cognovisse omnia oportet,
et verum simplex in pectore semper aperto,
et, quis ne fidas, senza ac suffragia vulgi.

Philosophiam et ipse carminibus expressit, quemadmodum Hesiodus et Xenophanes atque Empedocles. Iudicii de rebus normam rationem esse dixit : sensus vero minus esse exactos et idoneos ad iudicandum. Ait enim :

Nec tibi communis sensus persuadeat unquam
quicquam, ut fallaces oculi aut ut iudicet auris
aut lingua : at ratio dirimat discrimina rerum.

(23) Quamobrem et Timon de eo ait :

Parmenidæ ingentes animos viresque potentes,
qui sensus vanis simulacris fallier inquit.

Hujus nomine Plato dialogum inscripsit vocavitque Parmenidem sive de ideis. Floruit autem Olympiade sexagesima nona. Primusque animadvertisse fertur eundem esse Vesperum atque Luciferum, ut Favorinus in quinto Commentariorum ait ; alii Pythagoram dicunt. Callimachus autem negat ejus poema esse. Fertur civibus quoque suis tulisse leges, ut Speusippus in libro de philosophis ait. Pri-

θεῖναι τοῖς πολίταις, ὡς φησι Σπύσιππος ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων. καὶ πρῶτος ἐρωτῆσαι τὸν Ἀχιλλέα λόγον, ὡς Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Παρμενίδης, ῥήτωρ τεχνουργός.

mus item argumentatione usus esse dicitur ea quæ appellatur Achilles, ut Phavorinus ait in Omnimoda historia. Fuit autem et alius Parmenides rhetor, qui artem scripsit oratoriam.

ΚΕΦ. Δ'.

ΜΕΛΙΣΣΟΣ.

24. Μελίσσος Ἰθαγένους Σάμιος. οὗτος ἤκουσε Παρμενίδου· ἀλλὰ καὶ εἰς λόγους ἤλθεν Ἡρακλείτῳ· ὅτε καὶ συνέστησεν αὐτὸν τοῖς Ἐφεσίοις ἀγνοοῦσι, καθάπερ Ἴπποκράτης Δημόκριτον Ἀβδηρίταις. γέγονε δὲ καὶ πολιτικός ἀνὴρ καὶ ἀποδοχῆς παρὰ τοῖς πολίταις ἠξιωμένος· ὅθεν καὶ ναύαρχος αἰρεθείς ἔτι καὶ μᾶλλον ἐθαυμάσθη διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν. ἐδόκει δ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἀπειρον εἶναι καὶ ἀναλλοίωτον καὶ ἀκίνητον καὶ ἐν ὁμοίῳ ἑαυτῷ καὶ πλήρες· κίνησιν τε μὴ εἶναι, δοκεῖν δ' εἶναι. ἀλλὰ καὶ περὶ θεῶν ἔλεγε μὴ δεῖν ἀποφαίνεσθαι· μὴ γὰρ εἶναι γινώσιν αὐτῶν. φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἠκμαζέειν αὐτὸν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.

24. Melissus Ithagensis filius Samius. Hic Parmenidis auditor fuit : verum in Heracliti quoque notitiam venit ; quo tempore etiam commendavit illum ignorantibus Ephesiis, sicuti Hippocrates Democritum Abderitis. Fuit autem et rei civilis peritus et in summo honore a civibus habitus, unde etiam classi præfectus propter eximiam virtutem vel magis inde admirationi fuit. Videbatur autem ei universum infinitum esse et immutabile atque immobile et unum sibi ipsi simile ac plenum ; motumque non esse, verum videri esse. De diis nihil esse definiendum dicebat : neque enim illorum esse cognitionem. Floruisse eum quarta et octogesima Olympiade Apollodorus refert.

ΚΕΦ. Ε'.

ΖΗΝΩΝ ΕΛΕΑΤΗΣ.

25. Ζήνων Ἐλεάτης. τοῦτον Ἀπολλόδωρός φησιν εἶναι ἐν Χρονικοῖς φύσει μὲν Τελευταγόρου, θέσει δὲ Παρμενίδου. περὶ τούτου καὶ Μελίσσου Τίμων φησὶ ταῦτα·

Ἄμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδὸν Ζήνωνος πάντων ἐπιλήπτορος ἢ δὲ Μελίσσου, πολλῶν φαντασμῶν ἐπάνω, παύρων γε μὲν εἴσω.

Ὁ δὲ Ζήνων διακῆκος Παρμενίδου καὶ γέγονεν αὐτοῦ παιδικά. καὶ εὐμήκης ἦν, καθά φησι Πλάτων ἐν τῷ Παρμενίδῃ, ὃ δ' αὐτὸς ἐν τῷ Φαῖδρῳ καὶ Ἐλεατικὸν Παλαμήδην αὐτὸν καλεῖ. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Σοφιστῇ εὐρετὴν αὐτὸν γενέσθαι διαλεκτικῆς, ὡς περὶ Ἐμπεδοκλέα ῥητορικῆς. (26) γέγονε δὲ ἀνὴρ γενναϊότατος καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ ἐν πολιτείᾳ· φέρεται γοῦν αὐτοῦ βιβλία πολλῆς συνέσεως γέμοντα. καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαρχον τὸν τύραννον — οἱ δὲ, Διομέδοντα — συνελήφθη, καθά φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σατύρου ἐπιτομῇ. ὅτε καὶ ἐξεταζόμενος τοὺς συνοιδότας καὶ περὶ τῶν ὄπλων ὧν ἤγεν εἰς Λιπάραν, πάντας ἐμήνυσεν αὐτοῦ τοὺς φίλους, βουλόμενος αὐτὸν ἐρημον καταστῆσαι· εἶτα περὶ τινῶν εἰπεῖν ἔχειν αὐτῷ πρὸς τὸ οὗς ἔλεγε καὶ κύψαντος δακνὸν τὸ ὠτίον οὐκ ἀνῆκεν ἕως ἀπεκεντήθη, ταῦτ' ὁ Ἀριστογείτωνι τῷ τυραννοκτόνῳ παθῶν. (27) Δημή-

CAP. IV.

MELISSUS.

CAP. V.

ZENO ELEATES.

25. Zeno Eleates. Hunc Apollodorus ait in Chronicis natura quidem Teleutagoræ, adoptione autem Parmenidis filium. De hoc atque Melisso Timon hæc ait :

Ancipitis linguæ vis maxima cuncta secantis Zenonis, qui corripit omnes, atque Melissi ; plurima visa errant in summo, rara sed intus.

Enimvero Zeno Parmenidis auditor erat, ab eoque amatus est. Fuit autem proceræ staturæ, quemadmodum Plato in Parmenide notat, idemque in Phædro ipsum Eleaticum Palamedem vocat. Aristoteles autem in Sophista auctor est inventorem ipsum fuisse dialecticæ, quemadmodum Empedoclem rhetoricæ. (26) Fuit et in philosophia et in republica vir sane nobilissimus : feruntur nempe ipsius volumina sapientiæ plenissima. Is quum Nearchum tyrannum seu, ut alii volunt, Diomedontem imperio exuere voluisset, comprehensus est, ut in Satyri epitome ait Heraclides : quo tempore quum de consciis et armis quæ Liparam advexerat, inquireretur, volens ipsum desertum destitutumque reddere, omnes illius amicos conjurationis esse conscios dixit ; deinde quum de quibusdam dixisset quiddam ipsi ad aurem loqui velle, eam mordicus apprehensam non ante dimisit quam confoderetur, quod idem accidit Aristogitoni tyrannicidæ.

τριος δέ φησιν ἐν τοῖς ἡμυνύμοις τὸν μυκτῆρα αὐτὸν ἀποτραχεῖν. Ἀντισθένης δ' ἐν ταῖς διαδοχαῖς φησι μετὰ τὸ μὴνῦσαι τοὺς φίλους ἐρωτηθῆναι πρὸς τοῦ τυράννου εἴ τις ἄλλος εἶη· τὸν δὲ εἶπεῖν, « σὺ ὁ τῆς πόλεως ἀλι-
 5 τῆριος. » πρὸς τε τοὺς παρεστῶτας φάναι, « θαυμάζω ὑμῶν τὴν δειλίαν, εἰ τούτων ἕνεκεν ὧν νῦν ἐγὼ ὑπομέ-
 10 σθω, δουλεύετε τῷ τυράννῳ; » καὶ τέλος ἀποτραχόντα τὴν γλῶτταν προσπτύσαι αὐτῷ, τοὺς δὲ πολίτας παρορμηθέντας αὐτίκα τὸν τύραννον καταλεῦσαι. ταῦτα δὲ
 15 σφραγίσαντες οἱ πλείους λέγουσιν. Ἑρμιππος δὲ φησιν εἰς θλιμον αὐτὸν βληθῆναι καὶ κατακοπῆναι. (28) καὶ εἰς αὐτὸν ἡμεῖς εἵπομεν οὕτως·

Ἥθελες, ὦ Ζήνων, καλὸν ἤθελες ἄνδρα τύραννον
 κτείναις ἐκλύσαι δουλοσύνης Ἑλέαν.

15 ἀλλ' ἐδάμη· δὴ γὰρ σε λαβὼν ὁ τύραννος ἐν θλιμῷ
 κόψε. τί τοῦτο λέγεις; σῶμα γάρ, οὐχὶ δὲ σέ.

γέγονε δὲ τὰ τ' ἄλλα ἀγαθὸς ὁ Ζήνων, ἀλλὰ καὶ ὑπερ-
 οπτικὸς τῶν μεζόνων κατ' ἴσον Ἡρακλείτῳ· καὶ γὰρ
 οὗτος τὴν πρότερον μὲν Ἑλέαν, ὕστερον δ' Ἑλέαν, Φω-
 20 καεῖον οὔσαν ἀποίκιαν, αὐτοῦ δὲ πατρίδα, πόλιν εὐτελεῖ
 καὶ μόνον ἄνδρας ἀγαθοὺς τρέφειν ἐπισταμένην ἠγάπησε
 μᾶλλον τῆς Ἀθηναίων μεγαλαυχίας, οὐκ ἐπιδημήσας τὸ
 παράπαν πρὸς αὐτούς, ἀλλ' αὐτόθι καταβιούς. (29) οὗ-
 7 τος καὶ τὸν Ἀχιλλέα πρῶτος λόγον ἠρώτησε· Φαβωρί-
 25 νος δὲ φησι Παρμενίδην καὶ ἄλλους συγκοῦς. Ἀρέσκει
 δ' αὐτῷ τάδε· Κόσμοις εἶναι κενόν τε μὴ εἶναι γεγε-
 νῆσθαι δὲ τὴν τῶν πάντων φύσιν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ
 καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, λαμβανόντων εἰς ἄλληλα τὴν με-
 30 ταβολὴν· γένεσιν τ' ἀνθρώπων ἐκ γῆς εἶναι καὶ ψυχῆν
 τούτων ἐπικρατήσιν. τοῦτόν φησι λοιδορούμενον ἀγα-
 νακτῆσαι· αἰτιασαμένου δὲ τινος, φάναι, « ἐὰν λοιδο-
 9 ρούμενος μὴ προσποιῶμαι, οὐδ' ἐπαινούμενος ἠσθήσο-
 15 μαι. » Ὅτι δὲ γεγονάσι Ζήνωνες ὀκτώ ἐν τῷ Κιτιεῖ
 83 διελέγμεθα. ἤματι δ' οὗτος κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ
 ἐβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.

ΚΕΦ. Γ'.

ΛΕΥΚΙΠΠΟΣ.

30. Λεύκιππος Ἐλεάτης, ὡς δὲ τινες, Ἀβδηρίτης, 1
 κατ' ἐπίνομον δὲ Μήλιος, οὗτος ἤκουσε Ζήνωνος. Ἦρσε
 δ' αὐτῷ ἄπειρα εἶναι τὰ πάντα καὶ εἰς ἄλληλα μετα-
 110 βάλλειν. τὸ τε πᾶν εἶναι κενόν καὶ πλήρες σωματίων.
 τοὺς τε κόσμους γίνεσθαι σωματίων εἰς τὸ κενόν ἐπι-
 πτόντων καὶ ἀλλήλοις περιπλεκόμενων· ἐκ τε τῆς κινή-
 σως κατὰ τὴν αὔξησιν αὐτῶν γίνεσθαι τὴν τῶν ἀστε-
 ρων φύσιν. φέρεσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἐν μείζονι κύκλῳ παρὰ
 45 τὴν σελήνην· τὴν γῆν ὀρεῖσθαι περὶ τὸ μέσον διουμένε-
 νην· σχῆμά τ' αὐτῆς τυμπανοειδῆς εἶναι. πρῶτος τ'
 ἀτόμους ἀρχὰς ὑπεστήσατο. καὶ κεφαλαιωδῶς μὲν ταῦτα·

(27) Demetrius vero in Cognominibus nasum ei morsu
 abstulisse ait. Porro Antisthenes in Successionibus ait il-
 lum, quum amicos tyranni detulisset, rogatum a tyranno
 essetne alius quispiam, dixisse, Tu civitatis pernicius. Deinde
 astantibus ita locutum esse, Admiror equidem vestram so-
 cordiam, si horum gratia quæ nunc ego tolero, tyranno
 servire sustinetis. Denique præcisam linguam in ora tyranni
 conspuisse, cives autem continuo facto impetu lapidibus
 tyrannum obruisse. Hæc ferme plerique tradiderunt. Ce-
 terum Hermippus illum in mortarium injectum contusum-
 que fuisse ait. (27) Et in hunc nos sic diximus :

Tentasti, Zeno, crudelis cæde tyranni

Eleus ut populus libera turba foret.

At presum in pila te conterit articulatum

iste : imo non te, sed tua membra terit.

Ὁ Præclarus et in ceteris fuit Zeno potentiorumque non secus
 atque Heraclitus quadam animi altitudine contemptor : nam
 hic prius quidem Hyelen, postea vero Eleam nominatam
 Phocæensium coloniam suamque patriam, civitatem humi-
 lem bonosque tantum viros nutrire solitam, dilexit magis
 quam Atheniensium magnificentiam : ad quos nunquam
 7 profectus est, domi assidue commorans. (29) Hic etiam
 primus syllogismo usus est qui Achilles appellatur, quam-
 vis Favorinus Parmenidem et alios plures proferat. Placent
 autem illi hæcce : Mundos esse plures et inane non esse ;
 naturam omnium rerum ex calido et frigido aridoque et
 humido fuisse ortam, quum ista in se invicem commutentur.
 Generationem hominum e terra esse, animamque ita
 ex his omnibus commixtam quæ prædiximus, ut a nullo
 9 eorum plus quam a ceteris obtineatur. Hunc aiunt quum
 concivis laceraretur, indignari solitum : et vituperante
 quodam dixisse, Si maledicta me non tangunt, nec laudes
 10 me delectabunt. Octo vero fuisse Zenones, quum de Citieo
 loqueremur, diximus. Floruit autem hic Olympiade nona
 et septuagesima.

CAP. VI.

LEUCIPPUS.

30. Leucippus Eleates sive, ut aliis placet, Abderites, aut
 secundum nonnullos Milesius. Hic Zenonis auditor fuit. Place-
 bat illi infinita esse omnia et in se ipsa invicem commutari .
 item universum inane esse plenumque corporibus. Mundos
 que fieri corporibus in hoc inane incidentibus et invicem
 implicatis, atque ex motu secundum illorum incrementa na-
 turam siderum fieri. Solem juxta lunam majorem in orbem
 ferri : terram vehi ac circa medium verti ; figuramque illius
 tympano similem esse. Primus hic atomos principia esse sta-
 tuit. Summatim ista illi visa sunt, sed sunt explicanda per

ἐπὶ μέρους δ' ὧδε ἔχει. (31) τὸ μὲν πᾶν ἀπειρόν φη-
 σιν, ὡς προείρηται· τούτου δὲ τὸ μὲν πλῆρες εἶναι, τὸ
 δὲ κενόν. καὶ στοιχεῖά φησι, κόσμους τ' ἐκ τούτων ἀπει-
 ρους εἶναι καὶ διαλύεσθαι εἰς ταῦτα. γίνεσθαι δὲ τοὺς
 5 κόσμους οὕτω φέρεσθαι κατ' ἀποτομὴν ἐκ τῆς ἀπειροῦ
 πολλὰ σώματα παντοῖα τοῖς σχήμασιν εἰς μέγα κενόν,
 ἅπερ ἀθροισθέντα δίνην ἀπεργάζεσθαι μίαν, καθ' ἣν
 προσκρούοντα καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα διακρίνε-
 σθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια. ἰσορροπῶν δὲ διὰ
 10 τὸ πλῆθος μηκέτι δυναμένων περιφέρεσθαι, τὰ μὲν λεπτὰ
 χωρεῖν εἰς τὸ ἔξω κενόν, ὡς περ διαττόμενα· τὰ δὲ λοιπὰ
 συμμένειν καὶ περιπλεκόμενα συγκατατρέχειν ἀλλή-
 λους καὶ ποιεῖν πρῶτόν τι σύστημα σφαιροειδές. (32)
 τούτο δ' οἷον ὑμένα ὑφίστασθαι, περιέχοντ' ἐν ἑαυτῷ
 15 παντοῖα σώματα· ὧν κατὰ τὴν τοῦ μέσου ἀντέρεισιν πε-
 ριδινομένων, λεπτὸν γίνεσθαι τὸν περίξ ὑμένα, συρ-
 ρεάντων αἰεὶ τῶν συνεχῶν κατ' ἐπίψαυσιν τῆς δίνης. καὶ
 οὕτω μὲν γενέσθαι τὴν γῆν, συμμενόντων τῶν ἐνεχθέν-
 των ἐπὶ τὸ μέσον. αὐτὸν τε πάλιν τὸν περιέχοντα οἶον
 20 ὑμένα αὔξεσθαι κατὰ τὴν ἐπέκρουσιν τῶν ἐξῶθεν σωμα-
 των· δίνη τε φερόμενον αὐτὸν ὧν ἂν ἐπιψαύσῃ, ταῦτα
 ἐπικτιᾶσθαι. τούτων δὲ τίνα συμπλεκόμενα ποιεῖν σύ-
 στημα· τὸ μὲν πρῶτον κάθυρον καὶ πηλῶδες, ξηραν-
 θέντα καὶ περιφερόμενα σὺν τῇ τοῦ ὄλου δίνῃ· εἶτ' ἐκ-
 25 πυρωθέντα τὴν τῶν ἀστέρων ἀποτελέσει φύσιν. (33)
 εἶναι δὲ τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον ἐξώτατον, τὸν δὲ τῆς σε-
 λήνης προσγειότατον, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων μεταξὺ τού-
 των. καὶ πάντα μὲν τὰ ἄστρα διὰ τὸ τάχος τῆς φορᾶς,
 τὸν δ' ἡλίον ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκπυροῦσθαι· τὴν δὲ σε-
 30 λήνην τοῦ πυρὸς ὀλίγον μεταλαμβάνειν. ἐκλείπειν δ'
 ἡλίον καὶ σελήνην* τῷ κεκλιθῆαι τὴν γῆν πρὸς μεση-
 ἄριαν· τὰ δὲ πρὸς ἄρκτω αἰεὶ τε νίφεσθαι καὶ κατάψυχα
 εἶναι καὶ πῆγνυσθαι. καὶ τὸν μὲν ἡλίον ἐκλείπειν σπα-
 νίως, τὴν δὲ σελήνην συνεχῶς, διὰ τὸ ἀνίσους εἶναι
 35 τοὺς κύκλους αὐτῶν. εἶναι ὃ ὥπερ γενέσεις κόσμου,
 οὕτω καὶ αὐξήσεις καὶ φθίσεις καὶ φθοράς, κατὰ τίνα
 ἀνάγκην, ἣν ὁποία ἐστὶν οὐ διασαφεῖ.

partes. (31) Universum quidem, ut diximus, infinitum ait
 hujus partem plenam esse, partem inanem. Etiam elementa
 statuit, mundosque ex eis infinitos esse et in illa dilabi atque
 dissolvi. Gigni vero mundos in hunc modum: ferri per ab-
 scissionem ex infinito multa corpora figuris omnigena in ma-
 gnum vacuum, eaque in unum coacta unam vertiginem ef-
 ficere, cujus impetu impacta modisque omnibus circumvo-
 luta ita discerni, ut seorsum similia quæ sunt sui similia
 petant. Ceterum æquilibra quom ob multitudinem minime
 jam circumferri possint, exilia quidem ad exterior vacuum
 contendere, quasi cribro excussa; cetera autem in nexa
 atque in se implicata invicem concurrere, atque ea concur-
 sione prius quandam concretionem efficere rotundam. (32)
 Hanc autem veluti membranam subsistere, continentem in
 se omnigena corpora: quæ dum secundum mediæ relucta-
 tionem circumvolvuntur, tenuem quæ circa est membra-
 nam fieri, confluentibus semper corporibus perpetuis secun-
 dum vertiginis attactum: atque ita ortam esse terram, com-
 manentibus quæ semel in medium injecta erant. Ipsumque
 rursus continentem membranæ istar augeri secundum ex-
 ternorum influentiam corporum: et quom vertigine fertur,
 quæcunque attigerit ea acquirere. Ex his quædam compli-
 cata concretionem facere, primo quidem humidam ac lu-
 team, exsiccata et circumacta cum totius vertigine; deinde
 incensa et ignita siderum efficere naturam. (33) Esse autem
 solis circulum extimum, lunæ vero terræ proximum, ceteris
 in medio horum positis. Ac sidera quidem omnia ob celeri-
 tatem motus ignescere, solem vero inflammari a sideribus;
 lunam autem exiguam ignis partem capere. Solem lunam-
 que deficere* quod terra ad meridiem vergat; quæ ad sep-
 tentrionem sunt nivibus semper urgeri et pruinis algere in
 glaciemque concrecere. Ac solem quidem raro deficere,
 lunam vero frequenter, quod sint impares eorum orbis. Enim-
 vero ut generationes mundi, ita et incrementa esse et dimi-
 nutiones et corruptiones secundum quandam necessitatem,
 quæ cujusmodi sit non declarat.

ΚΕΦ. Ζ'.

CAP. VII.

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.

DEMOCRITUS.

34. Δημόκριτος Ἡγησιστράτου, οἱ δ' Ἀθηνοκρίτου, ἱ-
 νινὲς Δαμασίππου Ἀβδηρίτης ἢ, ὡς ἔνοιοι, Μιλήσιος. Οὗ-
 40 τος μάγων τινῶν διήκουσε καὶ Χαλδαίων, Ξέρξου τοῦ
 βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος, ἠνίκ'
 ἐξενίσθη παρ' αὐτῷ, καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος· παρ'
 ὧν τὰ τε περὶ θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἔμαθεν ἔτι
 παῖς ὢν. Ὑστερον δὲ Λευκίππῳ παρέβαλε καὶ Ἀναξα-
 45 γόρα κατὰ τίνας, ἔτεσιν ὧν αὐτοῦ νεώτερος τετταρά-
 κοντα. Φαθωρίνος δὲ φησιν ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ
 λέγειν Δημόκριτον περὶ Ἀναξαγόρου ὡς οὐκ εἴησαν αὐ-
 τοῦ αἰ δόξαι αἶ τε περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἀλλ' ἀρχαῖαι,

34. Democritus Hegesistrati, sive secundum alios Atheno-
 criti vel, ut alii tradunt, Damassippi filius Abderites, sive,
 ut nonnulli putant, Milesius. Magos autem quosdam
 et Chaldæos audivit, Xerxæ rege patri illius præceptores,
 quo tempore apud illum divertit, relinquente, ut etiam
 refert Herodotus: a quibus et theologiam et astrologiam
 didicit, quom adhuc puer esset. Postmodum vero Leu-
 cippum convenit et secundum quosdam Anaxagoram,
 quom annis quadraginta junior quam ille esset. Refert
 Favorinus in Omnimoda historia Democritum de Anaxa-
 gora dixisse, non illius esse, quæ ejus dicuntur de sole ac

τὸν δ' ὑφρηῆσθαι· (35) διασυρειν τ' αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς
 διακοσμῆσεως καὶ τοῦ νοῦ, ἐγθρωῶς ἐχροντα πρὸς αὐτὸν
 ὅτι δὴ μὴ προσήκατο αὐτόν. πῶς οὖν κατὰ τινὰ ἀκῆ-
 κοεν αὐτοῦ; φησὶ δὲ Δημήτριος ἐν δμωνύμοις καὶ Ἀν-
 5 τισθένης ἐν διαδοχαῖς ἀποδημῆσαι αὐτὸν καὶ εἰς Αἴ-
 γυπτον πρὸς τοὺς ἱερέας γεωμετρίαν μαθησόμενον καὶ
 πρὸς Χαλδαίους καὶ εἰς τὴν Περσίδα καὶ εἰς τὴν Ἐρυθρὰν
 θάλασσαν γενέσθαι. τοῖς τε Γυμνοσοφισταῖς φασὶ τινες
 συμμίζειν αὐτὸν ἐν Ἰνδία καὶ εἰς Αἰθιοπίαν ἔλθειν. τρίτον
 10 τ' ὄντα ἀδελφὸν νεύμασθαι τὴν οὐσίαν καὶ οἱ μὲν πλείους
 φασὶ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἐλέσθαι τὴν ἐν ἀργυρίῳ, χρεῖαν
 ἔχοντα κατ' ἀποδημίαν, τοῦτο κάκειων δολίως ὑπο-
 πτευσάντων. (36) ὁ δὲ Δημήτριος ὑπὲρ ἑκατὸν τάλαντά 4
 φησιν εἶναι αὐτῷ τὸ μέρος, ἅπαντα δὲ καταναλώσαι.
 15 λέγει δ' ὅτι τοσοῦτον ἦν φιλόπονος ὥστε τοῦ περικιήπου
 δωμάτιόν τι ἀποτεμόμενος κατάκλειστος ἦν· καὶ ποτε
 τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πρὸς θυσίαν βοῦν ἀγαγόντος καὶ αὐ-
 τόθι προσδῆσαντος, ἱκανὸν χρόνον μὴ γνῶναι, ἕως αὐτὸν
 20 ἐκείνου διαναστήσας προφράσει τῆς θυσίας καὶ τὰ περὶ
 τὸν βοῦν διηγήσατο. δοκεῖ δέ, φησὶ, καὶ Ἀθήναζε 5
 ἔλθειν καὶ μὴ σπουδάζαι γνωσθῆναι, δόξης καταφρονῶν.
 καὶ εἰδέναι μὲν Σωκράτην, ἀγνωστῆσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ·
 « Ἐθλον γάρ, φησὶν, » ἐς Ἀθήνας καὶ οὐτις με ἔγνω-
 κεν. » (37) « Εἶπερ οἱ Ἀντερασταὶ Πλάτωνός εἰσι, »
 25 φησὶ Θρασύλος, « οὗτος ἂν εἴη ὁ παραγεγόμενος ἀνώ-
 νυμος, τῶν περὶ Οἰνοπίδην καὶ Ἀναξαγόραν ἕτερος, ἐν
 τῇ πρὸς Σωκράτην διμιλίᾳ διαλεγόμενος περὶ φιλοσοφίας,
 ὅ, φησὶν, ὁ φιλόσοφος ὡς πεντάθλιω ἔοικεν. » καὶ ἦν ὡς
 30 ἀληθῆς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος· ἤσκητο γὰρ τὰ φυσικὰ
 καὶ τὰ ἠθικὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ καὶ τοὺς ἐγκυ-
 κλίους λόγους καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν.
 τούτου ἐστὶ καὶ τὸ « Λόγος ἔργου σκῆ. » Δημήτριος δ'
 ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογία μὴδ' ἔλθειν
 35 φησιν αὐτὸν εἰς Ἀθήνας. τοῦτο δὲ καὶ μεῖζον, εἶγε
 τοσαύτης πόλεως ὑπερεφρόνησεν, οὐκ ἐκ τόπου δόξαν
 λαθεῖν βουλόμενος, ἀλλὰ τόπου δόξαν περιθεῖναι προε-
 λόμενος. (38) δῆλον δὲ καὶ τῶν συγγραμμάτων οἷος 6
 ἦν. Δοκεῖ δέ, φησὶν ὁ Θρασύλος, ζηλιωτῆς γεγονέναι
 καὶ τῶν Πυθαγορικῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου
 40 μέρμηται, θαυμάζων αὐτὸν ἐν τῷ δμωνύμῳ συγγράμ-
 ματι. πάντα δὲ δοκεῖ παρὰ τούτου λαθεῖν καὶ αὐτοῦ
 δ' ἂν ἀκηχρόναι, εἰ μὴ τὰ τῶν χρόνων ἐμάχετο. πάντως
 μέντοι τῶν Πυθαγορικῶν τινος ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸν
 Γλαύκος ὁ Ῥηγίνος, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους αὐτῷ
 45 γεγονότος. φησὶ δὲ καὶ Ἀπολλοδόωρος ὁ Κυζικηνὸς Φι-
 λολάφῳ αὐτὸν συγγεγονέναι. ἤσκει δέ, φησὶν ὁ Ἀντι-
 σθένης, καὶ ποικίλως δοκιμάζειν τὰς φαντασίας, ἐρη-
 μάζων ἐνίοτε καὶ τοῖς τάφοις ἐνδιατριβῶν. (39) ἐλθόντα 7
 δὲ φησιν αὐτὸν ἐκ τῆς ἀποδημίας ταπεινότητα διάγειν,
 50 ἅτε πᾶσαν τὴν οὐσίαν καταναλωκότα· τρέφεσθαι τε διὰ
 τὴν ἀπορίαν ὑπὸ τὰδελεφῶ Δαμάσου. ὡς δὲ προσιπῶν
 τινὰ τῶν μελλόντων εὐδοκίμησε, λοιπὸν ἐνθέου δόξης
 παρὰ τοῖς πλείστοις ἤξιώθη. νόμου δ' ὄντος τὸν ἀνα-
 λώσαντα τὴν πατρῴαν οὐσίαν μὴ ἀξιούσθαι ταφῆς ἐν

luna opinionones, verum illo antiquiores, ipsumque sibi ea
 furatum esse : (35) carpere item quæ ille de mundi com-
 positione et mente dixisset, infesto adversus illum animo,
 quod scilicet ipsum non recepisset. Quo pacto igitur ille
 secundum quosdam ejus auditor fuit? Demetrius autem in
 Cognominibus et Antisthenes in Successionibus tradunt illum:
 etiam in Ægyptum contendisse ad sacerdotes, geometriam
 accepturum, et ad Chaldaeos et in Persidem atque ad Rubrum
 mare. Non defuere qui dicerent et Gymnosophistis in India
 congressum esse atque in Æthiopiā venisse. Quumque ter-
 tius esset frater, partium esse patrimonium : ac plerique
 dicunt minorem portionem, quæ erat in pecunia, sibi ele-
 gisse, qua illi peregre proficiscenti opus erat, id quod fra-
 tres callide suspicati essent. (36) Demetrius ipsius partem
 centum talenta excessisse auctor est, ea autem omnia con-
 sumpsisse. Ait vero adeo studiosum fuisse, ut horti domum
 cingentissibi cellulam seligeret, ibique se ipsum includeret :
 et quum aliquando ipsius pater bovem ad immolandum ad-
 duxisset ibique alligasset, aliquamdiu non animadvertit,
 donec illum pater sacrificii obtentu excitavit ac bovis admo-
 nuit. Constat, inquit, illum Athenas quoque venisse
 atque ob despectum gloriae agnosci noluisse : et cogno-
 visse quidem Socratem, sed in ejus notitiam non venisse.
Veni enim Athenas, inquit, *et me nemo cognovit* (37)
Siquidem Anterastæ Platonis sunt, ait Thrasytus, *hic*
esse videtur ille qui non nominatus aderat, diversus
ab asseclis Ænopidis et Anaxagoræ, in colloquio cum
Socrate disserens de philosophia, cui, ait, pentathlo
similis videtur esse philosophus. Et erat revera in phi-
 losophia quinquertii victor : didicerat enim et naturalia
 et moralia, verum etiam mathematica et liberales discipli-
 nas artiumque omnem peritiam callebat. Hujus illud e. t.,
Quod dicimus est umbra eorum quæ facimus. Porro De-
 metrius Phalereus in Socratis Defensione ne venisse quidem
 illum Athenas ait: Id autem profecto etiam majus est,
 siquidem tantam contempsit civitatem, non ex loco glo-
 riam aucupari volens, verum loco gloriam afferre preferens.
 (38) Constat autem vel ex scriptis ejus cujusmodi fuerit.
 Videtur autem, ut ait Thrasytus, et Pythagoreos æmulatus :
 quin etiam ipsius Pythagoræ meminit, illum singulari ad-
 miratione venerans in libro cognomine. Adeo autem videtur
 ab illo accepisse omnia, ut, nisi temporum ratio obstaret,
 illum et audisse putaretur. Pythagoreorum quempiam au-
 disse Glaucus Rheginus ejus æqualis memoria prodidit. Re-
 fert autem et Apollodorus Cyzicenus Philolao eum innotuisse.
 Curabat autem, ut ait Antisthenes, etiam varie probare
 imaginationes, sæpe solitarius vivens atque etiam in sepul-
 cris degens. (39) Reducem ex peregrinatione humillime
 vixisse ait, quippe qui omnem rem suam consumpserat :
 atque a Damaso fratre propter summam inopiam nutritum
 fuisse. Ubi vero futura quædam prædixerat sequensque
 rerum eventus famam ei conciliaverat, divinis jam
 honoribus dignus a plerisque judicatus est. Quum vero
 lege cautum esset, ut qui patrimonium consumpserit, se-

 nominare oportet, etsi non affirmationis, at demonstra-
 tionis causa; nihilque secundum necessitatem fieri, et tamen
 necessitatem dicere oportet. Tali quodam interpretationis
 modo utebantur, res non ejusmodi per naturam esse quales
 viderentur, sed videri tantum : atque ea inquirere dicebant,
 non quæ intelligerent (quod enim intelligitur liquet), sed
 quæ sensibus perciperent. (78) Est igitur Pyrrhonis ratio
 indicium quoddam earum rerum quæ videntur sive quo-
 modolibet intelliguntur, secundum quod omnia omnibus
 conferuntur eaque comparata longe discrepantia plenaque
 perturbationis esse cernuntur, sicut ait Ænesidemus in In-
 troductione ad Pyrrhonia. Porro ad eas quæ in specula-
 tionibus sunt oppositiones, quum prius ostenderint quibus
 modis res quæque persuadeant, eisdem modis illarum fide-
 dem tollunt : nam persuadere quidem ea quæ secundum
 sensus concorditer se habent et quæ nunquam vel raro
 certè mutantur; consuetæ item et quæ usu distincta sunt,
 oblectantia quoque atque admirationis patentia. (79) De-
 monstrabant igitur ex iis quæ contraria sunt persuadenti-
 bus æquas esse probabilitates. Porro ambigua secundum
 concordiam earum rerum quæ vel aspectui vel intelligenti-
 æ subjecta sunt, decem modis tradebant, quibus subjecta
 immutari videbantur. Hosce vero decem modos ponit.
 Primus est qui constat ex animalium differentiis ad volu-
 ptatem et dolorem, commodaque et incommoda. Ex eo
 autem colligitur non easdem ab eisdem phantasias incidere,
 quodque eam pugnam necessario sequitur assensus retene-

τὰ μὲν χωρὶς μίξεις γίνεσθαι, ὡς τὰ πυρίβια καὶ ὁ Ἄραβιος φοινῆς καὶ εὐλαί· τὰ δ' ἐξ ἐπιπλοκῆς, ὡς ἄνθρωποι καὶ τὰ ἄλλα· (80) καὶ τὰ μὲν οὕτως, τὰ δ' οὕτως συγκέκριται· διὸ καὶ τῇ αἰσθησει διαφέρει, 5 ὡς κίρκοι μὲν οὐζύτατοι, κύνες δ' ὀσφρητικώτατοι. εὐλογον οὖν τοῖς διαφοροῖς τοὺς ὀφθαλμοὺς διάφορα καὶ τὰ φαντάσματα προσπίπτειν· καὶ τῇ μὲν αἰγὶ τὸν θαλλὸν εἶναι ἐδῶδιμον, ἀνθρώπων δὲ πικρὸν, καὶ τὸ κώνειον ὄρνυγι μὲν τρόφιμον, ἀνθρώπων δὲ θανάσιμον, 10 καὶ ὁ ἀπόπατος ὅτι μὲν ἐδῶδιμος, ἴππῳ δ' οὐ· δευτερος δὲ παρὰ τὰς τῶν ἀνθρώπων φύσεις καὶ τὰς ἰδίουσυγκρισίας· Δημοφῶν γοῦν δ' Ἀλεξάνδρου τραπεζοκόμος ἐν σικῆ ἑθάλπυτο, ἐν ἡλίῳ δ' ἐρρίγου. (81) Ἄνδρον δ' ὁ Ἄργεῖος, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης, διὰ τῆς ἀνδρῶν Λιθύης ὠδευεν 15 ἀποτος, καὶ ὁ μὲν ἰατρικῆς, ὁ δὲ γεωργίας, ἄλλος δ' ἐμπορίας ὀρέγεται· καὶ ταῦτα οὐς μὲν βιάππει, οὐς δὲ ὑπελεῖ· ὅθεν ἐφεκτέον. τρίτος δὲ παρὰ τὰς τῶν αἰσθητικῶν πόρων διαφορὰς. τὸ γοῦν μῆλον δράσει μὲν ὠχρόν, γεύσει δὲ γλυκὺ, ὀσφρήσει δ' εὐώδες ὑποπίπτει. 20 καὶ ἡ αὐτὴ δὲ μορφή παρὰ τὰς διαφορὰς τῶν κατόπτρων ἄλλοια θεωρεῖται. ἀκολουθεῖ οὖν μὴ μᾶλλον εἶναι τοῖον τὸ φαινόμενον ἢ ἄλλοιον. (82) τέταρτος δὲ παρὰ τὰς διαθέσεις καὶ κοινῶς παραλλαγὰς, οἷον ὑγίειαν, νόσον, ὕπνον, ἐγρήγορσιν, χαρὰν, λύπην, νεότητα, 25 γῆρας, θάρσος, φόβον, ἔνδειαν, πλήρωσιν, μῖσος, φιλίαν, θερμασίαν, ψύξιν· παρὰ τὸ πνεῖν, παρὰ τὸ πιεσθῆναι τοὺς πόρους. ἄλλοια οὖν φαίνεται τὰ προσπίπτοντα παρὰ τὰς ποιάς διαθέσεις. οὐδὲ γὰρ οἱ μαινόμενοι πάντα φάσιν ἔχουσι· τί γὰρ μᾶλλον ἐκείνοι ἢ ἡμεῖς; 30 καὶ γὰρ ἡμεῖς τὸν ἥλιον ὡς ἐστὶτα βλέπομεν. Θεῶν δ' ὁ Τιθοραίωνος ὁστωικὸς κοιμώμενος περιεπάτει ἐν τῷ ὕπνῳ καὶ Περικλέους δούλος ἐπ' ἄκρου τοῦ τέγους. (83) πέμπτος δὲ παρὰ τὰς ἀγωγὰς καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς μυθικὰς πίστεις καὶ τὰς ἐθνικὰς συνθήκας καὶ δογματικὰς ὑπολήψεις. ἐν τούτῳ περιέχεται τὰ περὶ καλῶν 35 καὶ αἰσχρῶν, περὶ ἀληθῶν καὶ ψευδῶν, περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, περὶ θεῶν καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν φαινομένων πάντων. τὸ γοῦν αὐτὸ παρ' οἷς μὲν δίκαιον, παρ' οἷς δὲ ἀδίκον· καὶ ἄλλοι μὲν ἀγαθόν, 40 ἄλλοι δὲ κακόν. Πέρσαι μὲν γὰρ οὐκ ἀποπον ἡγοῦνται θυγατρὶ μίγνυσθαι, Ἕλληνες δ' ἔχθεσμον. καὶ Μασσαγέται μὲν, ὡς φησὶ καὶ Εὐδόξος ἐν τῇ πρώτῃ τῆς περιόδου, κοινὰς ἔχουσι τὰς γυναῖκας, Ἕλληνες δ' οὐ· Κίλικές τε ληστείας ἔχαιρον, ἀλλ' οὐχ Ἕλληνες. (84) 45 θεοὺς τ' ἄλλοι ἄλλους ἡγοῦνται· καὶ οἱ μὲν προνοεῖσθαι, οἱ δ' οὐ. θάπτουσι δ' Αἰγύπτῳ μὲν ταριχεύοντες, Ῥωμαῖοι δὲ καίοντες, Παῖονες δ' εἰς λίμνας ριπτοῦντες· ὅθεν περὶ τὰ ληθῶς ἡ ἐποχή. ἔκτος δὲ παρὰ τὰς μίξεις καὶ κοινωνίας, καθ' ὃν ἐλικρινῶς οὐδὲν καθ' 50 αὐτὸ φαίνεται, ἀλλὰ σὺν ἀέρι, σὺν φωτὶ, σὺν ὑγρῷ, σὺν στερεῷ, θερμότητι, ψυχρότητι, κινήσει, ἀναθυμιάσεσιν, ἄλλαις δυνάμεσιν. ἡ γοῦν πορφύρα διάφορον ὑποφαίνει χροῖμα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ λύχνῳ. καὶ τὸ ἡμέτερον χροῖμα ἄλλοιον ὑπὸ τὴν μεσημβρίαν φαίνεται καὶ *

tio : quippe animalium alia absque coitu gigni, ut sunt quæ in igni vivunt phoenixque Arabicus atque teredines; alia item ex congressu, ut sunt homines et cetera : (80) atque alia sic, alia sic comparata sunt; quocirca etiam sensibus differunt, ut circi quidem acutissimi sunt visus, canes sagacissimi olfactus. Manifestum igitur est iis qui visu excellunt, phantasmata (visa) clariora accidere : nam capræ quidem virgulta alimento esse, homini autem amaritudinem gignere; item cicutam coturnici nutrimentum, homini inferre perniciem; suem item fimum edere, quem minime equus attingat. Secundus modus ex hominum naturis secundum propria temperamenta colligitur. Demophon enim mensis præfectus Alexandri ad umbram calefiebatur soleque frigeat. (81) Andron item Argivus, ut ait Aristoteles, per arida Libyæ loca absque potu iter agebat. Alius item medicinæ, agriculturæ alius, alius mercaturæ studiosus est : atque ista quidem aliis obsunt, aliis prosunt : qua ex re continendus assensus est. Tertius ex differentiibus sensuum poris accipitur. Namque malum aspectui quidem pallidum, gustui dulce, olfactui fragrantia odoris gratissimum incidit. Eademque forma pro speculorum varietate non eadem cernitur. Consequens igitur est, quod apparet non magis id esse quam aliud. (82) Quartus circa affectus et communiter circa vicissitudines versatur, puta bonam valetudinem, morbum, somnum, evigilationem, gaudium, tristitiam, juventam, senectam, audaciam, metum, indigentiam, copiam, odium, amicitiam, calorem, frigus : quod videlicet spiretur, quod spiritus meatus intercludantur. Diversa igitur videntur quæ in sensus incidunt propter dispositionum varietates. Neque enim qui vesani sunt, præter naturam se habent : qui enim illi magis quam nos? namque et nos solem veluti stantem intuemur. Theon autem Tithoræensis Stoicus dormiens in somnis ambulabat Periclisque servus in summo tecto. (83) Quintus circa instituta atque leges fidemque fabulis præstitam eaque quæ apud singulas nationes communi consensu instituta sunt dogmaticasque opiniones vertitur. In eo continentur quæ de honestis ac turpibus, de veris et falsis, de bonis et malis, de diis et de ortu interituque omnium quæ apparent disputantur. Equidem quod apud alios justum, apud alios injustum est; idemque aliis bonum, aliis malum putatur. Nam Persis quidem filiabus misceri nefas non est, id vero Græcis nefarium existimatur. Atque Massagetæ, ut Eudoxus quidem in primo Periodi refert, uxores habent communes, Græci eam communionem detestantur; Cilices item latrocinii gaudent, Græci non. (84) Sic de diis quoque alii aliter sentiunt : quippe illorum providentiam alii confitentur, alii negant. Atque Ægyptii condientes sepeliant corpora, Romani vero cremantes, Pæones in stagna projicientes : unde circa veri professionem continetur assensio. Sextus in mixtionibus communionibusque consistit, secundum quem liquide nihil per se et integre apparet, sed cum aere ac lumine, liquido ac solido, calore, frigore, motu, evaporationibus ac viribus aliis. Nempe enim purpura colorem sui varium præfert ad solem ac lunam et ad lucernam. Color item noster diversus sub meridiem ap-

ὁ ἥλιος' (83) καὶ ὁ ἐν ἀέρι ὑπὸ δυοῖν κουφίζόμενος λίθος ἐν ὕδατι βραδίως μετατίθεται, ἤτοι βαρὺς ὢν καὶ ὑπὸ τοῦ ὕδατος κουφίζόμενος ἢ ελαφρὸς [ἄν] καὶ ὑπὸ τοῦ ἀέρος βαρυνόμενος. ἀγνωσοῦμεν οὖν τὸ κατ' ἰδίαν, ὡς ἔλαιον ἐν μύρῳ. ἑβδόμος ὁ παρὰ τὰς ἀποστάσεις καὶ ποίας θέσεις καὶ τοὺς τόπους καὶ τὰ ἐν τοῖς τόποις. κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὰ δοκοῦντ' εἶναι μεγάλα μικρὰ φαίνονται, τὰ τετράγωνα στρογγύλα, τὰ ὀμαλὰ ἐξοχὰς ἔχοντα, τὰ ὀρθὰ κεκλασμένα, τὰ ὠγρὰ ἐτερόχροα. ὁ γοῦν ἥλιος παρὰ τὸ διάστημα μικρὸς φαίνεται· καὶ τὰ ὄρη πόρρωθεν ἀεροειδῆ καὶ λεία, ἐγγύθεν δὲ τραχέα. (86) ἔτι ὁ ἥλιος ἀνίσχων μὲν ἀλλοῖος, μεσουρανοῦν δ' οὐχ ὁμοίος, καὶ τὸ αὐτὸ σῶμα ἐν μὲν ἄλσει ἀλλοῖον, ἐν δὲ ψιλῇ γῆ ἕτερον· καὶ ἡ εἰκὼν παρὰ τὴν ποίαν θέσιν, ὅτε τῆς περιστερεῶς τράχηλος παρὰ τὴν στροφήν. ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐνὶ ἑξῶ τόπων καὶ θέσεων ταῦτα κατανοῶσαι, ἀγνωσῆται ἢ φύσις αὐτῶν. ὄγδοος ὁ παρὰ τὰς ποσότητας καὶ ποιότητας αὐτῶν ἢ θερμότητος ἢ ψυχρότητος ἢ ταχύτητος ἢ βραδύτητος ἢ ὠχρότητος ἢ ἐτεροχραιοτήτας. ὁ γοῦν οἶνος μέτριος μὲν ληρθεῖς βίωννσι, πλείων δὲ παρίησιν· ὁμοίως καὶ ἡ τροφή καὶ τὰ ὁμοία. (87) ἑνάτος ὁ παρὰ τὸ ἐνδελεχὲς ἢ ξένον ἢ σπάνιον. οἱ γοῦν σεισμοὶ παρ' οἷς συνεχῶς ἀποτελοῦνται οὐ θαυμάζονται, οὐδ' ὁ ἥλιος, ὅτι καθ' ἡμέραν ὁράται. τὸν ἑνάτον Φαθωρίνος ὄγδοον, Σέξτος δὲ καὶ Αἰνεσιδήμος δέκατον· ἀλλὰ καὶ τὸν δέκατον Σέξτος ὄγδοόν φησι, Φαθωρίνος δὲ ἑνάτον. δέκατος ὁ κατὰ τὴν πρὸς ἄλλα σύμβλησιν, καθάπερ τὸ κοῦρον παρὰ τὸ βαρὺ, τὸ ἰσχυρὸν παρὰ τὸ ἀσθενές, τὸ μεῖζον παρὰ τὸ ἑλαττον, τὸ ἄνω παρὰ τὸ κάτω. τὸ γοῦν δεξιὸν φύσει μὲν οὐκ ἔστι δεξιόν, κατὰ δὲ τὴν ὡς πρὸς τὸ ἕτερον σχέσιν νοεῖται· μετατεθέντος γοῦν ἐκείνου, οὐκέτ' ἔστι δεξιόν. (88) ὁμοίως καὶ πατήρ καὶ ἀδελφὸς ὡς πρὸς τι καὶ ἡμέρα ὡς πρὸς τὸν ἥλιον καὶ πάντα ὡς πρὸς τὴν διάνοιαν. ἀγνωστα οὖν τὰ πρὸς τὰ [ὡς] καθ' ἑαυτά. καὶ οὗτοι μὲν οἱ δέκα τρόποι. Οἱ δὲ περὶ Ἀγρίππαν τούτοις ἄλλους πέντε προσεξά-
 10 γουσι, τὸν τ' ἀπὸ τῆς διαφωνίας καὶ τὸν εἰς ἀπειρον ἐκβάλλοντα καὶ τὸν πρὸς τι καὶ τὸν ἐξ ὑποθέσεως καὶ τὸν δι' ἀλλήλων. ὁ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς διαφωνίας ὁ ἂν προτεθῆ ζήτημα παρὰ τοῖς φιλοσόφοις ἢ τῇ συνθεῖα, πλείστης μάχης καὶ παραχῆς πλήρες ἀποδεικνύει· ὁ δ' εἰς ἀπειρον ἐκβάλλων οὐκ ἐξ βεβαιοῦσθαι τὸ ζητούμενον, διὰ τὸ ἄλλο ἀπ' ἄλλου τὴν πίστιν λαμβάνειν καὶ οὕτως εἰς ἀπειρον. (89) ὁ δὲ πρὸς τι οὐδὲν φησι καθ' ἑαυτὸ λαμβάνεσθαι, ἀλλὰ μεθ' ἑτέρου. ὅθεν ἀγνωστα εἶναι. ὁ δ' ἐξ ὑποθέσεως τρόπος συνίσταται, οἰομένων τινῶν τὰ πρῶτα τῶν πραγμάτων αὐτόθεν δεῖν λαμβάνειν ὡς πιστὰ καὶ μὴ αἰτεῖσθαι· ὅ ἐστι μάταιον· τὸ ἐναντίον γὰρ τις ὑποθῆσεται. ὁ δὲ δι' ἀλλήλων τρόπος συνίσταται ὅταν τὸ ὄρειλον τοῦ ζητουμένου πράγματος εἶναι βεβαιωτικὸν χρεῖαν ἔγγι τῆς ἐκ τοῦ ζητουμένου πίστεως, οἷον εἰ τὸ εἶναι πόρους τις βεβαίῳ, διὰ τὸ ἀπορροίας γίνεσθαι, αὐτὸ τοῦτο παραλαμβάνει πρὸς βεβαίωσιν τὸ ἀπορροίας γίνεσθαι. (90) Ἀνήρουν δ' οὗτοι καὶ

paret ** et sol : (85) item qui in aere a duobus vix elevatur lapis, idem in aqua facile alio transfertur, sive gravis ab humore allevatur, sive levis ab aere gravatur. Ignoramus igitur quid seorsum sit in natura, veluti in unguento oleum. Septimus circa intervalla et positiones quasdam et loca et ea quæ in locis sunt versatur. Hac ratione quæ videntur magna esse, parva apparent, quadrata rotunda, plana tumulis plena, recta obliqua, pallida coloris alterius. Sol igitur propter magnum interjectum intervallum parvus videtur; montes procul aerei ac læves, e vicino asperi esse cernuntur ac prærupti. (86) Sol itidem oriens quidem alius videtur, alius quum medium cœli obtinet. Atque idem corpus in nemore aliud, aliud in patulis campis apparet; effigies item secundum positionem, et columbæ collum secundum conversionem, diversum videtur. Quoniam igitur extra loca et positiones ista considerari nequeunt, illorum quoque natura ignoratur. Octavus in quantitate et qualitate earum rerum sive calore vel frigore vel velocitate vel tarditate sive pallore sive colore quovis alio consistit. Namque vinum modice sumptum firmat ac roborat, immodice debilitat; item cibus et similia. (87) Nonus est qui rerum perennitate vel insolentia vel raritate contingit. Itaque terræ motus apud quos crebro contingunt admirationi non sunt; sol itidem, quia quotidie cernitur. Nonum hunc modum Favorinus octavum, Sextus autem et Aenesidemus decimum numerant: quin etiam decimum Sextus octavum tradit, Favorinus autem nonum. Decimus ex alterna collatione constat, puta grave ad leve, forte ad imbecillum, majus ad minus, superius ad inferius. Dextrum igitur non natura dextrum est, verum ex habitu ad alterum intelligitur: nam si transponitur alterum, non amplius dextrum erit. (88) Eadem ratione et pater et frater velut ad aliquid dicuntur, et dies veluti ad solem, atque omnia veluti ad cogitationem. Quæ igitur ad aliquid dicuntur, perse ipsa incognita sunt. Atque hi quidem decem modi sunt quos prædiximus. Ceterum Agrippa his quinque alios addidit, eum videlicet qui ex dissonantia colligitur et qui in infinitum progreditur et eum qui ad aliquid dicitur quique ex tanquam probato et qui per ea quæ inter se juncta sunt conficitur. Qui igitur ex dissonantia est, quæcunque fuerit quæstio apud philosophos vel in vita quotidiana proposita, ingentis pugnæ et perturbationis indicat plenam; qui vero in infinitum procedit, quicquid quæsitum fuerit, affirmari minime permittit, quod aliud ab alio fidem capiat atque ita in infinitum res procedat; (89) qui autem ad aliquid dicitur, nihil dicit per se ipsum percipi, sed cum altero: quocirca et ignota esse. Porro tanquam ex probato constat modus, quum putant quidam ex se ipsis principia rerum oportere repeti quasi probabilia neque ulterius inquiri: quod futile atque inane est: contrarium enim quispiam subjiciet. Qui denique per ea quæ inter se juncta sunt conficitur modus tum consistit, quum quod quæsitam rem firmare debuit, ipsum opus habet ab eo quod queritur fidem capere, puta si poros quispiam idcirco esse asseveret quod evaporationes fiant, ipsum ad affirmationem submit, scilicet fieri evaporationes. (90) Tollunt autem isti

πᾶσαν ἀποδείξιν καὶ κριτήριον καὶ σημεῖον καὶ αἰτίον καὶ
 κίνησιν καὶ μάθησιν καὶ γένεσιν καὶ τὸ φύσει τεινεῖν ἀγα-
 θὸν ἢ κακόν· πᾶσα γὰρ ἀπόδειξις, φασίν, ἢ ἐξ ἀποδείξει-
 γμένων σύγκειται χρημάτων ἢ ἐξ ἀναποδείκτων. εἰ μὲν
 οὖν ἐξ ἀποδείξιμων, καχεῖνα δεήσεται τινος ἀποδεί-
 ξεως κἀντεῦθεν εἰς ἀπειρον· εἰ δ' ἐξ ἀναποδείκτων, ἦτοι
 πάντων ἢ τινῶν ἢ καὶ ἐνός μόνου δισταζομένου, καὶ τὸ
 ὅλον εἶναι ἀναπόδεικτον. εἰ δὲ δοκεῖ, φασίν, ὑπάρχειν
 τινὰ μηδεμιᾶς ἀποδείξεως δεόμενα, θαυμαστοὶ τῆς
 γνῶμης, εἰ μὴ συνιᾶσιν ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο πρῶτον,
 ὡς ἄρ' ἐξ αὐτῶν ἔχει τὴν πίστιν, ἀποδείξεως χρῆ. (91)
 οὐδὲ γὰρ τὸ τέτταρα εἶναι τὰ στοιχεῖα ἐκ τοῦ τέτταρα
 εἶναι τὰ στοιχεῖα βεβαιωτέον. πρὸς τῶν καὶ τῶν κατὰ
 μέρος ἀποδείξεων ἀπιστοῦμένων ἀπιστων εἶναι καὶ τὴν
 γενικὴν ἀπόδειξιν. ἵνα τε γινώμεν ὅτι ἔστιν ἀπόδειξις,
 κριτηρίου δεῖ· καὶ ὅτι ἔστι κριτήριον, ἀπόδειξεως
 δεῖ· ὅθεν ἐκότερα ἀκατάληπτα ἀναπεμπόμενα ἐπ'
 ἀλληλα. πῶς ἂν οὖν καταλαμβάνοιτο τὰ ἀδῆλα,
 τῆς ἀποδείξεως ἀγνοουμένης; ζητεῖται δ' οὐκ εἰ φαί-
 νεται τοιαῦτα, ἀλλ' εἰ καθ' ὑπόστασιν οὕτως ἔχει. εὐή-
 θεις δὲ τοὺς δογματικούς ἀπέφαινον. τὸ γὰρ ἐξ ὑπο-
 θέσεως περαινόμενον οὐ σκέψεως ἀλλὰ θέσεως ἔχει
 λόγον. τοιοῦτον δὲ λόγῳ καὶ ὑπὲρ ἀδυνάτων ἔστιν ἐπι-
 χεῖρῖν. (92) τοὺς δ' οἰομένους μὴ δεῖν ἐκ τῶν κατὰ
 περίστασιν κρίνειν ἀληθῆς μὴδ' ἐκ τῶν κατὰ φύσιν νο-
 μοθετεῖν, ἔλεγον αὐτοὺς μέτρα τῶν πάντων ὀρίζειν, οὐχ
 ὀρῶντας ὅτι πᾶν τὸ φαινόμενον κατ' ἀντιπερίστασιν
 καὶ διάθεσιν φαίνεται. ἦτοι γοῦν πάντ' ἀληθῆ ῥητέον
 ἢ πάντα ψευδῆ. εἰ δ' ἐνία ἔστιν ἀληθῆ, τίνα διακρι-
 τέον; οὔτε γὰρ αἰσθήσει τὰ κατ' αἰσθήσιν, πάντων
 ἴσων αὐτῇ φαινομένων, οὔτε νοήσει διὰ τὴν αὐτὴν αἰ-
 τίαν. ἀλλῆ δὲ παρὰ ταύτας εἰς ἐπίκρισιν δύναμις οὐχ
 ὀράται. ὁ οὖν, φασί, περὶ τινος διαθεβαίουμενος αἰ-
 σθητοῦ ἢ νοητοῦ πρότερον ὀφείλει τὰς περὶ τοῦτου δό-
 ξας κατασταθεῖσαι· οἱ μὲν γὰρ ταῦτα, οἱ δὲ ταῦτα ἀνήρη-
 κασι. (93) δεῖ δ' ἢ δεῖ αἰσθητοῦ ἢ νοητοῦ κριθῆναι.
 ἐκότερα δὲ ἀμφισβητεῖται. οὐδὲ τοίνυν δυνατὸν τὰς
 περὶ αἰσθητῶν ἢ νοητῶν ἐπικρίναι δόξας· εἴ τε διὰ
 τὴν ἐν ταῖς νοήσεσι μάχην ἀπιστητέον πᾶσιν, ἀναι-
 ρεθῆσεται τὸ μέτρον ὃ δοκεῖ τὰ πάντα διακριθεῖ-
 σθαι· πᾶν οὖν ἴσον ἡγήσονται. ἔτι, φασίν, ὁ συ-
 ζητῶν ἡμῖν τὸ φαινόμενον πιστός ἐστιν ἢ οὐ. εἰ μὲν
 οὖν πιστός ἐστιν, οὐδὲν ἔξει λέγειν πρὸς τὸν ὃ φαίνε-
 ται τούναντιον· ὡς γὰρ αὐτὸς πιστός ἐστι τὸ φαινόμενον
 λέγων, οὕτω καὶ ὁ ἐναντίος· εἰ δ' ἀπιστος, καὶ αὐτὸς
 ἀπισθῆσεται τὸ φαινόμενον λέγων. (94) τὸ τε πείθον
 οὐχ ὑποληπτέον ἀληθῆς ὑπάρχειν. οὐ γὰρ πάντας
 τὸ αὐτὸ πείθει οὐδὲ τοὺς αὐτοὺς συνεχές· γίνε-
 ται δὲ καὶ παρὰ τὰ ἐκτὸς ἢ πιθανότης, παρὰ τὸ ἐνδο-
 ξον τοῦ λέγοντος ἢ παρὰ τὸ φροντιστικὸν ἢ παρὰ τὸ αἰ-
 μύλον ἢ παρὰ τὸ σύνθηδες ἢ παρὰ τὸ γεγραμμένον.
 Ἀνήρουν δὲ καὶ τὸ κριτήριον λόγῳ τοιῷδε. ἦτοι κέ-
 κριται καὶ τὸ κριτήριον ἢ ἀκριτόν ἐστιν. ἀλλ' εἰ μὲν
 ἀκριτόν ἐστιν, ἀπιστον καθέστηκε καὶ διημάρτηκε τὰ-

omnem demonstrationem omneque iudicium et signum et
 causam et motum et disciplinam et generationem et quod
 natura quippiam aut bonum aut malum sit: omnis enim,
 aiunt, demonstratio aut ex demonstratis rebus constat
 aut ex non demonstratis. Si igitur ex demonstratis, et
 illa demonstratione aliqua egebunt atque ita infinitum
 pergetur; sin vero ex non demonstratis, sive omnia sive
 quaedam sive unum etiam solum in dubitatione hæreat,
 totum demonstratione carere. Quodsi videntur, in-
 quiunt, quaedam esse quæ demonstratione non egeant,
 mira sane illorum sapientia est, si non intelligunt hoc ipsum
 in primis, aliqua ex se ipsis fidem habere, probatione in-
 digere. (91) Neque enim quattuor esse elementa inde astru-
 endum est quod quattuor sint elementa. Præterea si ne-
 gentur particulares demonstrationes, generalem quoque
 demonstrationem tolli necesse est. Ut autem sciamus esse
 demonstrationem, criterium erit necessarium; itidem ut
 criterium esse noverimus, demonstratione opus erit: unde
 utraque quum ad se invicem referantur, incomprehensibi-
 lia sunt. Quomam ergo modo percipiuntur quæ obscura
 sunt, si ignoretur demonstratio? Queritur autem non an
 appareant talia, verum an per substantiam ita se habeant
 Stultos vero dogmaticos dicebant: quod enim ex tanquam
 probato concluditur non quæstionis, verum positionis ra-
 tionem habet. Porro simili ratione etiam de impossibilibus
 argumentari licet. (92) Ceterum qui arbitrentur minime oportere
 ex iis quæ secundum circumstantiam sunt verum judi-
 cari neque ex iis quæ secundum naturam sunt leges ferri,
 eos dicebant modos rerum omnium ipsos definire, nequaquam
 perspicientes quicquid appareat secundum relucationem
 dispositionemque apparere. Aut igitur vera omnia esse aut fal-
 sa omnia esse dicendum est. Sin autem quædam vera
 sunt, quonam ea discernemus modo? neque enim sensu
 quæ secundum sensum sunt, quum omnia illi videntur
 æqualia, neque intelligentia ob eandem causam. Præter
 hæc autem nulla ad iudicandum facultas apparet. Qui igitur,
 aiunt, de aliqua sive sensibili sive intelligibili re a-
 struit, prius quæ de ea re sunt opinioniones constituere debet:
 alii enim ista, alii ista sustulerunt. (93) Necesse est autem
 vel sensu vel intelligentia iudicari. Ceterum de utroque
 ambigitur. Fieri igitur non potest ut opinioniones de rebus
 sensibilibus intelligibilibusve dijudicentur: ac si propter
 eam quæ est in cogitationibus pugnam omnibus fides dene-
 ganda est, sublata erit mensura qua cuncta diligenter
 exacta videntur: omnia igitur æqualia arbitrabuntur. Præ-
 terea, aiunt, qui nobiscum quærit apparens, fide dignus
 est aut non est: si quidem est fide dignus, nihil habebit
 quod respondeat ei, cui contrarium videtur. Nam sic
 uti ipse est fide dignus, referens quod sibi appareat,
 eodem modo etiam adversarius. Si fide dignus non est,
 neque ipsi credetur quod sibi apparet referenti. (94) Quod
 autem persuadet, verum esse arbitrandum non est: neque
 enim idem omnibus persuadet, neque eosdem semper. Fit
 autem persuasio etiam eo quod extrinsecus est, sive au-
 thoritate dicentis, sive scientia, sive facundia, sive fami-
 liaritate, sive gratia. Tollebant autem criterium quoque
 ista ratione. Aut iudicatum esse criterium aut non iudica-
 tum. At si quidem non iudicatum est, improbatum
 consistit exciditque a veri falsique iudicio; sin vero iudica-

ληθοῦς καὶ τοῦ ψεύδους· εἰ δὲ κέκριται, ἐν τῶν κατὰ
 μέρος γενήσεται κρινομένων, ὅςτ' ἂν τὸ αὐτὸ καὶ κρί-
 νειν καὶ κρίνεσθαι καὶ τὸ κερκικός τὸ κριτήριον ὑπ' ἐτέ-
 ρου κριθήσεται καὶ κείνο ὑπ' ἄλλου καὶ οὕτως εἰς ἄπειρον.
 5 (95) πρὸς τῷ καὶ διαφωνεῖσθαι τὸ κριτήριον, τῶν μὲν
 τὸν ἄνθρωπον κριτήριον εἶναι λεγόντων, τῶν δὲ τὰς αἰ-
 σθησεις, ἄλλων τὸν λόγον, ἐνίων τὴν καταληπτικὴν φαν-
 τασίαν. καὶ ὁ μὲν ἄνθρωπος καὶ πρὸς αὐτὸν διαφωνεῖ
 καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, ὡς δῆλον ἐκ τῶν διαφορῶν νόμων
 10 καὶ ἐθῶν. αἱ δ' αἰσθησεις ψεύδονται, ὁ δὲ λόγος διά-
 φωνος. ἡ δὲ καταληπτικὴ φαντασία ὑπὸ νοῦ κρίνεται
 καὶ ὁ νοῦς ποικίλως τρέπεται. ἄγνωστον οὖν ἐστὶ τὸ
 κριτήριον καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀλήθεια. (96) Σημεῖόν τ'
 οὐκ εἶναι· εἰ γὰρ ἐστὶ, φασί, σημεῖον, ἥτοι αἰσθητόν
 15 ἐστὶν ἢ νοητόν· αἰσθητόν μὲν οὖν οὐκ ἐστὶν, ἐπεὶ τὸ
 αἰσθητὸν κοινόν ἐστὶ, τὸ δὲ σημεῖον ἴδιον. καὶ τὸ μὲν
 αἰσθητὸν τῶν κατὰ διαφορὰν, τὸ δὲ σημεῖον τῶν πρὸς
 τι. νοητὸν δ' οὐκ ἐστὶν, ἐπεὶ τὸ νοητὸν ἥτοι φαινόμενον
 ἐστὶ φαινόμενον ἢ ἀφανὲς ἀφανοῦς ἢ ἀφανὲς φαινόμενον ἢ
 20 φαινόμενον ἀφανοῦς· οὐδὲν δὲ τούτων ἐστίν· οὐκ ἄρ' ἐστὶ
 σημεῖον. φαινόμενον μὲν οὖν φαινόμενον οὐκ ἐστὶν, ἐπεὶ
 τὸ φαινόμενον οὐ δεῖται σημεῖου· ἀφανὲς δ' ἀφανοῦς οὐκ
 ἐστὶν, ἐπεὶ δεῖ φαίνεσθαι τὸ ἐκκαλύπτόμενον ὑπὸ τινος·
 (97) ἀφανὲς δὲ φαινόμενον οὐ δύναται, καθότι δεῖ φαίνε-
 25 σθαι τὸ ἐτέρῳ παρέξον ἀφορμὴν καταλήψεως· φαινό-
 μενον δ' ἀφανοῦς οὐκ ἐστὶν, ὅτι τὸ σημεῖον τῶν πρὸς τι
 ὄν συγκαταλαμβάνεσθαι ὀφείλει τῷ οὐ ἐστὶ σημεῖον, τὸ
 δὲ μὴ ἐστὶν. οὐδὲν ἄρα τῶν ἀδήλων ἂν καταλαμβά-
 νοιτο· διὰ γὰρ τῶν σημείων λέγεται τὰ ἀδήλα κατα-
 30 λαμβάνεσθαι. Ἄναιροῦσι δὲ τὸ αἴτιον ὄδε· τὸ αἴτιον
 τῶν πρὸς τι ἐστὶ· πρὸς γὰρ τὸ αἰτιατόν ἐστὶ· τὰ δὲ
 πρὸς τι ἐπινοεῖται μόνον, ὑπάρχει δ' οὐ· (98) καὶ τὸ
 αἴτιον οὖν ἐπινοεῖται ἂν μόνον, ἐπεὶ εἴπερ ἐστὶν αἴτιον,
 ὀφείλει ἔχειν τὸ οὐ λέγεται αἴτιον, ἐπεὶ οὐκ ἐστὶ αἴ-
 35 τιον. καὶ ὅςπερ ὁ πατήρ, μὴ παρόντος τοῦ πρὸς ὃ λέ-
 γεται πατήρ, οὐκ ἂν εἴη πατήρ, οὕτως αὖ καὶ τὸ αἴτιον·
 οὐ πάρεστι δὲ πρὸς ὃ νοεῖται τὸ αἴτιον· οὔτε γὰρ γέ-
 νεσις οὔτε φθορὰ οὔτ' ἄλλο τι· οὐκ ἄρ' ἐστὶν αἴτιον.
 καὶ μὴν εἰ ἐστὶν αἴτιον, ἥτοι σῶμα σώματος ἐστὶν αἴ-
 40 τιον ἢ ἀσώματος ἀσώματος· οὐδὲν δὲ τούτων· οὐκ ἄρ'
 ἐστὶν αἴτιον. σῶμα μὲν οὖν σώματος οὐκ ἂν εἴη αἴτιον,
 ἐπεὶ περ ἀμφοτέρω τὴν αὐτὴν ἔχει φύσιν. καὶ εἰ τὸ
 ἕτερον αἴτιον λέγεται παρ' ὅσον ἐστὶ σῶμα, καὶ τὸ λοι-
 πόν, σῶμα ὄν, αἴτιον γενήσεται. (99) κοινῶς δ' ἀμφο-
 45 τέρων αἰτίων ὄντων, οὐδὲν ἔσται τὸ πάσχον. ἀσώ-
 ματον δ' ἀσώματος οὐκ ἂν εἴη αἴτιον διὰ τὸν αὐτὸν
 λόγον· ἀσώματος δὲ σώματος οὐκ ἐστὶν αἴτιον,
 ἐπεὶ οὐδὲν ἀσώματος ποιεῖ σῶμα. σῶμα δ' ἀσω-
 50 μάτου οὐκ ἂν εἴη αἴτιον, ὅτι τὸ γενόμενον τῆς πα-
 σχούσης ὕλης ὀφείλει εἶναι· μὴδὲν δὲ πάσχον διὰ τὸ
 ἀσώματος εἶναι οὐδ' ἂν ὑπὸ τινος γένοιτο· οὐκ ἐστὶ
 τοῖνον αἴτιον. ὅ συνεισάγεται τὸ ἀνυποστάτους εἶναι
 τὰς τῶν ὄλων ἀρχάς· δεῖ γὰρ εἶναι τι τὸ ποιοῦν καὶ
 ὄρων. Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ κίνησις ἐστὶ· τὸ γὰρ κινου-

tum, unum erit ex singulis omnibus quæ judicantur, ut si
 idem sit quod judicet et judicetur, id quoque quod criterium
 judicaverit ab altero judicetur, illudque rursus ab alio et sic
 in infinitum. (95) Huc accedit quod de criterio sententia con-
 cers non est, aliis hominem criterium esse dicentibus, aliis
 sensus, aliis rationem, quibusdam item comprehendentem
 phantasiam. Atqui homo quidem et secum et cum aliis dissi-
 det, quod ex legum consuetudinumque differentis constat.
 Porro sensus falsa renuntiant, ratio autem discordat. Com-
 prehensens vero phantasia a mente judicatur, mensque ipsa
 variis motibus vertitur. Hæc ergo ratione ignotum est cri-
 terium ac propterea veritas quoque ignoratur. (96) Signum
 item esse negant: nam si quidem signum est, inquit, aut
 sensibile sit necesse est, aut intelligibile: at sensibile non
 est; nam sensibile commune, signum vero proprium est. Ac
 sensibile quidem eorum est quæ differentia constant, si-
 gnum vero eorum quæ ad aliquid dicuntur. Intelligibile
 itidem non est: nam intelligibile sive apparens est appa-
 rentis sive non apparens non apparentis sive non appa-
 rentis apparentis sive apparens non apparentis: atqui nihil
 horum est: non est ergo signum. Apparens igitur appa-
 rentis non est, quia quod apparet non indiget signo; non
 apparens non apparentis autem non est, quoniam apparere
 debet quod revelatur ab aliquo; (97) non apparens appa-
 rentis autem esse non potest, quia apparere debet quod al-
 teri ansam præbet comprehensionis; denique apparens
 non apparentis propterea non est, quod signum; quum sit
 earum rerum quæ cum aliquo conferuntur, simul compre-
 hendi debet cum eo cujus est signum; hoc autem non est.
 Ex eo autem sequitur nihil obscurum comprehendi posse:
 nam per signa dicuntur obscura comprehendi. Causam
 itidem hac ratiocinatione tollunt. Causa eorum est quæ ad
 aliquid dicuntur, quippe cum effecto confertur: quæ vero
 ad aliquid dicuntur, solummodo intelliguntur, non autem
 existunt: (98) causa ergo tantum intelligitur: nam si qui-
 dem causa est, illi deesse non debet cujus dicitur causa, aho-
 quin causa non erit. Ac sicuti pater, nisi adsit is ad quem pater
 dicitur, nequaquam pater erit, ita et causa: non autem
 adest ad quod causa intelligitur: neque enim generatio neque
 corruptio neque aliud quippiam: non ergo causa est. Atqui
 si quidem causa est, sive corpus corporis est causa sive
 experts corporis expertis corporis: nihil est autem horum:
 non ergo est causa. Corpus igitur corporis non fuerit
 causa: nam utraque eandem habent naturam. Et si al-
 terum dicitur causa in quantum corpus est, et reliquum
 corpus quum sit, efficietur causa. (99) At si communiter
 ambo causæ erunt, nihil erit patiens. Porro incorporeum
 incorporei nequaquam causa erit ob eandem rationem:
 incorporeum autem corporis causa non erit, quia nihil in-
 corporeum corpus facit. Corpus itidem incorporei causa
 non erit, quia quod fit ex patiente subjecta materia esse
 debet: nihil autem patiens propterea quod incorporeum sit
 nec ab aliquo quidem erit: non est igitur causa. Atque
 ita colligitur minime subsistere principia rerum: aliquid
 enim sit necesse est quod facit atque operatur. Enimvero

μενον ἤτοι ἐν ᾧ ἐστι τόπω κινεῖται ἢ ἐν ᾧ μὴ ἔστιν·
καὶ ἐν ᾧ μὲν ἔστι τόπω οὐ κινεῖται, ἐν ᾧ δ' οὐκ ἔστιν
οὐδὲ κινεῖται· οὐκ ἔστιν οὖν κίνησις. (100) Ἀνήρουν
δὲ καὶ μάθησιν. εἴπερ, φασί, διδάσκαται τι, ἤτοι
5 τὸ δὴ τῶ εἶναι διδάσκαται ἢ τὸ μὴ δὴ τῶ μὴ εἶναι. οὕτε
δὲ τὸ δὴ τῶ εἶναι διδάσκαται — ἢ γὰρ τῶν ὄντων φύσις
πᾶσι φαίνεται καὶ γινώσκαται — οὕτε τὸ μὴ δὴ τῶ μὴ
ὄντι· τῶ γὰρ μὴ ὄντι οὐδὲν συμβέβηκεν, ὥστ' οὐδὲ τὸ
15 διδάσκασθαι. Οὐδὲ μὴν γένεσις ἔστι, φασίν. οὕτε
10 γὰρ τὸ δὴ γίνεσθαι, ἔστι γὰρ, οὕτε τὸ μὴ ὄντι, οὐδὲ γὰρ
ὑφέσθηκε· τὸ δὲ μὴ ὑφεστώσῃ μὴ δὴ ὄντι οὐδὲ τὸ γίνεσθαι
εὐτύχηκε. (101) Φύσει τε μὴ εἶναι ἀγαθὸν ἢ κακόν·
εἰ γὰρ τί ἐστι φύσει ἀγαθὸν καὶ κακόν, πᾶσιν ὀφείλει
ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπάρχειν, ὥσπερ ἢ χιῶν πᾶσι ψυχρόν·
15 κοινὸν δ' οὐδὲν πάντων ἀγαθὸν ἢ κακόν ἔστιν· οὐκ
ἄρα ἐστὶ φύσει ἀγαθὸν ἢ κακόν. ἤτοι γὰρ πᾶν τὸ ὑπὸ
τινος δοξαζόμενον ῥητέον ἀγαθὸν ἢ οὐ πᾶν· καὶ πᾶν
μὲν οὐ ῥητέον, ἐπεὶ τὸ αὐτὸ ὑπ' οὐ μὲν δοξάζεται ἀγα-
θόν, ὡς ἢ ἡδονὴ ὑπὸ Ἐπικούρου· ὑπ' οὐ δὲ κακόν, ὑπ'
20 Ἀντισθένης. συμβήσεται τοίνυν τὸ αὐτὸ ἀγαθὸν τ' εἶναι
καὶ κακόν. εἰ δ' οὐ πᾶν λέγομεν τὸ ὑπὸ τινος δοξαζό-
μενον ἀγαθόν, δεήσει ἡμᾶς διακρίνειν τὰς δόξας· ἅπερ
οὐκ ἐνδεχόμενον ἔστι διὰ τὴν ἰσσοθένησαν τῶν λόγων.
ἄγνωστον οὖν τὸ φύσει ἀγαθόν. (102) Ἔστι δὲ καὶ τὸν
25 ὅλον τῆς συναγωγῆς αὐτῶν τρόπον συνιδεῖν ἐκ τῶν
ἀπολειφθειῶν συντάξεων. αὐτὸς μὲν γὰρ δὲ Πύρρῳ
οὐδὲν ἀπέλιπεν, οἱ μὲντοι συνήθειαι αὐτοῦ Τίμων καὶ
Αἰνείδημος καὶ Νομήνιος καὶ Ναυσιφάνης καὶ ἄλλοι
τοιοῦτοι. οἷς ἀντιλέγοντες οἱ δογματικοὶ φασιν αὐτοὺς
30 καταλαμβάνεσθαι καὶ δογματίζειν· ἐν ᾧ γὰρ δοκοῦσι
διελέγχειν καταλαμβάνονται· καὶ γὰρ ἐν τῶ αὐτῷ
κρατύνουσι καὶ δογματίζουσι. καὶ γὰρ ὅτε φασὶ μὴδὲν
δρίζειν καὶ παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικεῖσθαι, αὐτὰ ταῦτα
καὶ δρίζονται καὶ δογματίζουσι. (103) πρὸς οὗς ἀπο-
35 κρίνονται, Περὶ μὲν ὄντι ὡς ἀνθρωπῶτι πάσχομεν, ὁμο-
λογοῦμεν· καὶ γὰρ ὅτι ἡμέρα ἐστὶ καὶ ὅτι ζῶμεν καὶ
ἄλλα πολλὰ τῶν ἐν τῷ βίῳ φαινομένων διαγιγνώσκομεν·
περὶ δ' ὄντι οἱ δογματικοὶ διαβεβαίονται τῷ λόγῳ,
φάμενοι κατελιῆσθαι, περὶ τούτων ἐπέχομεν ὡς ἀδήλων,
40 μόνα δὲ τὰ πάθη γινώσκομεν. τὸ μὲν γὰρ ὅτι ὀρώμεν
ὁμολογοῦμεν καὶ τὸ ὅτι τὸδε νοοῦμεν γινώσκομεν, πῶς
δ' ὀρώμεν ἢ πῶς νοοῦμεν ἀγνωσοῦμεν· καὶ ὅτι τὸδε λευ-
κὸν φαίνεται διηγηματικῶς λέγομεν, οὐ διαβεβαίόμε-
νοι ὅτι καὶ ὄντως ἐστί. (104) περὶ δὲ τῆς Οὐδὲν ὀρίζω
45 φωνῆς καὶ τῶν ὁμοίων λέγομεν ὡς οὐ δογματῶν· οὐ
γὰρ εἰσιν ὁμοία τῷ λέγειν ὅτι σφαιροειδής ἐστιν ὁ κο-
σμος. ἀλλὰ γὰρ τὸ μὲν ἀδύλον, αἰ δ' ἐξομολογήσεις
εἰσὶ. ἐν ᾧ οὖν λέγομεν μὴδὲν δρίζειν, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο
ὀρίζομεν. πάλιν οἱ δογματικοὶ φασιν καὶ τὸν βίον
50 αὐτοὺς ἀναιρεῖν, ἐν ᾧ πάντ' ἐκβάλλουσιν ἐξ ὄντι ὁ βίος
συνέστηκεν. οἱ δὲ ψεύδεσθαί φασιν αὐτούς· οὐ γὰρ
τὸ ὄραν ἀναιρεῖν, ἀλλὰ τὸ πῶς ὄραν ἀγνωεῖν. καὶ γὰρ
τὸ φαινόμενον τιθέμεθα, οὐχ ὡς καὶ τοιοῦτον ὄν· καὶ
ὅτι τὸ πῦρ καίει αἰσθανόμεθα· εἰ δὲ φύσιν ἔχει καυ-

neque motus est : nam quod movetur vel in loco ubi est
vel in eo ubi non est movetur; atqui in loco ubi est non
movetur, in quo autem non est, nec movetur : non est ergo
motus. (100) Disciplinam item hoc modo tollebant. Si
quid, aiebant, docetur, sive quod est eo ipso quod est, sive
quod non est eo ipso quod non est docetur. Neque vero
quod est eo ipso quod est docetur — namque natura
omnium quæ sunt omnibus patet atque cognoscitur — nec
id quod non est eo quod non est : ei enim quod non est ni-
hil contingit, ut ne doceatur quidem. Neque generatio
quidem, inquirunt, est : neque enim fit quod est, quum
jam sit : neque quod non est ; neque enim subsistit. Quod
autem non subsistit neque est, id ne fieri quidem potuit.
(101) Natura quoque bonum aliquid aut malum esse neg-
gant : si quid enim natura bonum aut malum est, omni-
bus bonum aut malum esse debet, quemadmodum et nix
omnibus frigida est : nihil est autem bonum aut malum
quod sit commune omnium : non ergo est natura bonum
aut malum. Aut enim omne quod a quopiam putatur
bonum dicendum est aut non omne : at omne quidem di-
cendum non est : namque idem ab aliquo putatur bonum,
sicuti voluptas ab Epicuro ; ab aliquo malum, nimirum ab
Antisthene. Accidet igitur ut idem et bonum sit et malum.
Quodsi non omne quod ab aliquo putatur, bonum dixe-
rimus, necesse erit nos discernere opiniones : quod per pa-
rem argumentorum vim fieri non potest. Itaque ignoratur
quod sit natura bonum. (102) Licet autem totum conclu-
sionis illorum modum ex iis quæ reliquere monumentis ani-
madvertere : nam Pyrrho quidem ipse nullum reliquit opus,
verum discipuli et necessarii ejus, Timon et Ænesidemus,
Numeniusque et Nausiphanes atque alii hujusmodi. Qui-
bus contradicentes dogmatici aiunt illos et comprehendere
et dogmata afferre : nam in eo quod arguere et ceteros
evertere conantur, profecto comprehendunt, atque in eo
ipso et asserunt et dogmata inferunt. Nam quum se nihil
definire aiunt omnique rationi contrariam objectam esse
rationem, ea ipsa et definiunt et decernunt. (103) Contra
quos illi respondent, Ea quidem quæ ut homines
patimur fatemur ; nam et quod dies sit quodque vivamus
multaque alia quæ in vita nostra manifesta sunt scimus :
verum de iis quæ dogmatici asserunt, ea se ratione com-
prehendere dicentes, de iis veluti incertis continemus as-
sensum, solas vero passiones agnoscimus. Namque et
nos videre confitemur nosque id intelligere scimus, verum
quo pacto videamus aut intelligamus ignoramus ; quodque
hoc album videatur narrando dicimus, non asserendo id
vere ita esse. (104) Porro de ea voce qua nihil nos definire
dicimus, atque similibus, non ut de dogmatibus dicimus :
neque enim similia sunt ei quod dicitur globosum sphaerae
instar esse mundum. Nam id quidem incertum est, hæc
vero confessiones sunt. Quum igitur nihil nos definire di-
cimus, neque hoc ipsum definimus. Rursus illos dogmatici
vitam etiam tollere asserunt, dum omnia ex quibus vita
constat evertunt. Ac contra eos illi mentiri asseverant :
non enim visum se auferre, sed quomodo se habeat vis vi-
dendi ignorare se dicunt. Etenim quod apparet ponimus,
non tamen ut sit tale quale cernitur. Ignis item incendia

στικὴν ἐπέχομεν. (108) καὶ ὅτι κινεῖται τις βλέπομεν, καὶ ὅτι φθείρεται. πῶς δὲ ταῦτα γίνεται οὐκ ἴσμεν. μόνον οὖν, φασίν, ἀνθιστάμεθα πρὸς τὰ παρυσιστάμενα τοῖς φαινόμενοις ἀδελὰ. καὶ γὰρ ὅτε τὴν εἰκόνα
 5 ἐξοχὰς λέγομεν ἔχειν, τὸ φαινόμενον διασαροῦμεν· ὅταν δ' εἴπωμεν μὴ ἔχειν αὐτὴν ἐξοχὰς, οὐκέτι δ' φαίνεται, ἕτερον δὲ λέγομεν· ὅθεν καὶ ὁ Τίμων ἐν τῷ Πύθωνί φησι μὴ ἐκβεβηκέναι τὴν συνήθειαν. καὶ ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς οὕτω λέγει,

10 Ἄλλὰ τὸ φαινόμενον πάντῃ σθένει οὔπερ ἂν ἔλθῃ.

καὶ ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεων φησί, τὸ μέλι ὅτι ζυτὶ γλυκὺ οὐ τίθημι, τὸ δ' ὅτι φαίνεται ὁμολογῶ. (106) καὶ Αἰνεσιδῆμος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Πυρρωναίων λόγων οὐδὲν φησιν δρίζειν τὸν Πύρρωνα δογματικῶς διὰ τὴν ἀντιλογίαν, τοῖς δὲ φαινόμενοις ἀκολουθεῖν. ταῦτὰ δὲ λέγει καὶ τῷ κατὰ σοφίας καὶ τῷ περὶ ζητήσεως. ἀλλὰ καὶ Ζεῦξις ὁ Αἰνεσιδήμου γνώριμος ἐν τῷ περὶ διπτῶν λόγων καὶ Ἀντίοχος ὁ Λαοδικεὺς καὶ Ἀπελλῆς ἐν τῷ Ἀγρίππα τιθέασι τὰ φαινόμενα μόνα. ἔστιν οὖν κριτήριον κατὰ τοὺς
 10 σκεπτικούς τὸ φαινόμενον, ὡς καὶ Αἰνεσιδῆμος φησιν· οὕτω δὲ καὶ Ἐπίκουρος. Δημόκριτος δὲ μηδὲν εἶναι τῶν φαινόμενων, τὰ δὲ μὴ εἶναι. (107) πρὸς τοῦτο τὸ κριτήριον τῶν φαινόμενων οἱ δογματικοὶ φασίν ὅτι ὅτ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν διάφοροι προσπίπτουσι φαντασίαι, ὡς ἀπὸ
 15 τοῦ πύργου ἢ στρογγύλου ἢ τετραγώνου, ὁ σκεπτικὸς εἰ μὲν οὐδετέραν προκρινεῖ, ἀπρακτῆσει· εἰ δὲ τῇ ἐτέρᾳ κατακολουθήσει, οὐκέτι τὸ ἰσοσθενές, φασί, τοῖς φαινόμενοις ἀποδώσει. πρὸς οὗς οἱ σκεπτικοὶ φασίν ὅτι ὅτε προσπίπτουσιν ἀλλοδαφαὶ φαντασίαι, ἑκατέρας ἐροῦμεν
 20 φαίνεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο τὰ φαινόμενα τιθέναι ὅτι φαίνεται. τέλος δὲ οἱ σκεπτικοὶ φασὶ τὴν ἐποχὴν, ἢ σκιάς τρόπον ἐπακολουθεῖ ἢ ἀταραξία, ὡς φασίν οἱ τε περὶ τὸν Τίμωνα καὶ Αἰνεσιδήμον· (108) οὔτε γὰρ τάδ' ἐλούμεθα ἢ ταῦτα φευξόμεθα ὅσα περὶ ἡμᾶς ἔστι· τὰ δ' ὅσα περὶ
 25 ἡμᾶς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην, οὐ δυνάμεθα φεύγειν, ὡς τὸ πεινῆν καὶ διψῆν καὶ ἀλγεῖν· οὐκ ἔστι γὰρ λόγῳ περιελεῖν ταῦτα. λεγόντων δὲ τῶν δογματικῶν ὡς δυνήσεται βιοῦν ὁ σκεπτικὸς μὴ φεύγων τό, εἰ κελουσθεῖη, κρεουργεῖν τὸν πατέρα, φασίν οἱ σκεπτικοὶ περὶ τῶν
 30 δογματικῶν ὡς δυνήσεται βιοῦν * * ζητήσεων ἐπέχειν οὐ περὶ τῶν βιωτικῶν καὶ τηρητικῶν. ὥστε καὶ αἰρούμεθά τι κατὰ τὴν συνήθειαν καὶ φεύγομεν καὶ νόμοις χρώμεθα. τινὲς δὲ καὶ τὴν ἀπάθειαν, ἄλλοι δὲ τὴν πρῶτην τέλος εἰπεῖν φασὶ τοὺς σκεπτικούς.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

ΤΙΜΩΝ.

35 109. Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ὁ παρ' ἡμῶν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τοὺς σὺλλους ὑπομνημάτων, ἃ προσφώνησι Τιβερίῳ Καίσαρι, φησὶ τὸν Τίμωνα εἶναι πατρὸς

sentimus, verum an habeat incendendi naturam assensum continemus. (105) Et moveri quempiam et mori videmus, verum ista quo pacto fiant ignoramus. Eis igitur, aiunt, solum reluctamus, quæ conspicuis rebus proxime assistunt incerta. Namque dum imaginem eminentias habere dicimus, quod videtur exponimus; quum vero non habere eminentias asserimus, non jam quod cernitur, sed aliud dicimus: unde et Timon in Pythone ait se non excessisse consuetudinem. Et in Simulacris ita dicit,

Apparens quocunqve venit, dominatur ubivis.

Atque in iis quæ scripsit de sensibus, Mel, inquit, dulce esse non aio, sed videri fateor. (106) Ænesidemus quoque in primo de Pyrrhoneis rationibus nihil ait per modum dogmatis definire Pyrrhonem propter contradictionem, verum quæ sunt conspicua sequi. Eadem ferme ait et in libro contra sapientiam et in libro de quæstione. Zeuxis itidem Ænesidemi discipulus in libro de duplicibus rationibus, Antiochusque Laodicenus et Apelles in Agrippa ea solum ponunt quæ videntur. Est igitur criterium secundum scepticos id quod videtur, sicuti et Ænesidemus ait: ea in sententia et Epicurus fuit. Democritus vero nihil ait eorum quæ videntur criterium esse, ista autem ne esse quidem. (107) Adversus hoc criterium eorum quæ videntur dogmatici aiunt, quum ab iisdem rebus varii visus objiciantur, quemadmodum ab eadem turri vel rotundi vel quadrati species, scepticum si neutrum præferat, nihil acturum; sin vero alteram sequatur, non jam, inquit, æquas vires iis quæ videntur redditurum. Quibus respondent sceptici: Quando variae incidunt imaginationes, utrasque videri dicemus: atque ideo visibilia nos ponere quia videntur. Finem bonorum statuunt sceptici assensus retentionem, quam umbræ instar animi tranquillitas sequitur, ut ait et Timon et Ænesidemus: (108) neque enim ista eligemus aut hæc fugiemus quæ in nobis sunt; quæ vero in nobis non sunt, sed per necessitatem, vitare non possumus, ut est esurire et sitire et dolere: non enim ista ratione tolli possunt. Dicentibus vero dogmaticis posse vivere scepticum non detrectando, si jubeatur, etiam patrem necare, respondent sceptici de dogmaticis vivere posse * * de quæstionibus assensum cohibere, non item de iis, quæ ad vitam pertinent in eaque conservanda cernuntur. Itaque et eligimus aliquid ex consuetudine et fugimus et legibus utimur. Sunt autem qui dicant scepticos finem dixisse tranquillum animi statum, sunt item qui lenitatem.

CAP. XII.

ΤΙΜΩΝ.

109. Apollonides Nicæensis nostras in primo Commentariorum in Sillos libro, quod opus suum ille Tiberio Cæsari dedicavit, Timonem asserit patre Timarcho, genere Philia

μὲν Τιμάρχου, Φιλιάσιον δὲ τὸ γένος νέον δὲ καταλει-
φθέντα χορεύειν, ἔπειτα καταγνόντα ἀποδημῆσαι εἰς
Μέγαρα πρὸς Στίλπωνα· κάκεινον συνδιατρίψαντα αὔθις
ἐπανελθεῖν οἴκαδε καὶ γῆμαι. εἶτα πρὸς Πύρρωνα εἰς
5 Ἦλιν ἀποδημῆσαι μετὰ τῆς γυναικὸς κάκει διατρίβειν
ἕως αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο, ὧν τὸν μὲν πρεσβύτερον
Ξάνθον ἐκάλεσε καὶ ἱατρικὴν ἐδίδαξε καὶ διάδοχον τοῦ
βίου κατέλιπε. (110) δ' ὁ δ' ἐλλόγιμος ἦν, ὡς καὶ Σωτίων
ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ φησίν. ἀπορῶν μέντοι τροφῶν ἀπῆρ-
10 εἰς τὸν Ἑλλήσποντον καὶ τὴν Προποντίδα· ἐν Χαλκη-
δόνι τε σοφιστεύων ἐπὶ πλεόν ἀποδογῆς ἤξιώθη· ἐντεῦθεν
τε περιοσάμενος ἀπῆρ-εν εἰς Ἀθήνας, κάκει διέτριβε μέχρι
καὶ τελευτῆς, ὀλίγον χρόνον εἰς Θήβας διαδραμών.
ἐγνώσθη δὲ καὶ Ἀντιγόνῳ τῷ βασιλεῖ καὶ Πτολεμαίῳ τῷ
15 Φιλαδέλφῳ, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ἰάμβοις αὐτῷ μαρτυρεῖ.
Ἦν δέ, φησίν ὁ Ἀντίγονος, καὶ φιλοπότης καὶ ἀπὸ τῶν
φιλοσόφων ἐσχόλαζε· καὶ γὰρ ποιήματα συνέγραφε καὶ 2
ἔπη καὶ τραγῳδίας καὶ σατύρους καὶ δράματα κωμικὰ
τράκοντα, τραγικὰ δ' ἐξήκοντα, σίλλους τε καὶ κιναι-
20 δους. (111) φέρεται δ' αὐτοῦ καὶ καταλογάδην βιβλία
εἰς ἑπτῶν τείνοντα μυριάδας δύο, ὧν καὶ Ἀντίγονος 3
Καρύστιος μὲμνηται, ἀναγεγραφοῦς αὐτοῦ καὶ αὐτὸς
τὸν βίον. τῶν δὲ σίλλων τρία ἔστιν, ἐν οἷς ὡς-ἂν σκε-
πτικὸς ὧν πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαινέει τοὺς δογματι-
25 κούς ἐν παρωδίαις εἶδει. ὧν τὸ μὲν πρῶτον αὐτοδιήγη-
τον ἔχει τὴν ἐρμηνεῖαν, τὸ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον ἐν
διαλόγῳ σχήματι. φαίνεται γοῦν ἀνακρίνων Ξενοφάνην
τὸν Κολοφώνιον περὶ ἐκάστων, δ' ὁ αὐτῷ διηγούμενός
ἔστι· καὶ ἐν μὲν τῷ δευτέρῳ περὶ τῶν ἀρχαιοτέρων, ἐν
30 δὲ τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ὑστέρων· ὅθεν δὴ αὐτὸς τινες καὶ
ἐπίλογον ἐπέγραψαν. (112) τὸ δὲ πρῶτον ταῦτα περιέ-
χει πράγματα, πλὴν ὅτι μονοπρόσωπός ἐστιν ἢ ποιήσις·
ἀρχὴ δὲ αὐτῷ ἦδε,

Ἔσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονες ἐστέ σοφισταί.

35 ἐτελεύτησε δ' ἐγγὺς ἐτῶν ἐνενήκοντα, ὡς φησίν ὁ Ἀν-
τίγονος καὶ Σωτίων ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ. τοῦτον ἐγὼ καὶ
ἐπερόφθαλμον ἤκουσα, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς αὐτὸν Κύκλωπα
ἐκάλει. Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Τιμῶν ὁ μισάνθρωπος. ὁ
δ' οὖν φιλόσοφος καὶ φιλόκηπος ἦν σφόδρα καὶ ἰδιοπρά-
40 γμων, ὡς καὶ Ἀντίγονός φησι. λόγος γοῦν εἰπεῖν Ἱερώνυ-
νον τὸν περιπατητικὸν ἐπ' αὐτοῦ, « Ὡς παρὰ τοῖς
Σκύθαις καὶ οἱ φεύγοντες τοξεύουσι καὶ οἱ διώκοντες,
οὕτω τῶν φιλοσόφων οἱ μὲν διώκοντες θηρῶσι τοὺς μα-
θητάς, οἱ δὲ φεύγοντες, καθάπερ καὶ ὁ Τιμῶν. » (113)
45 Ἦν δὲ καὶ οὖρος νοῆσαι καὶ διαμυκτηρίσαι· φιλογράμ-
ματός τε καὶ τοῖς ποιηταῖς μύθους γράψαι ἱκανός καὶ
δράματα συνδιατιθέναι. μετεδίδου δὲ τῶν τραγωιδῶν
Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ὀμήρῳ. θορυβοῦμενός θ' ὑπὸ τῶν θε-
ραπειῶν καὶ κυνῶν ἐποίει μηδέν, σπουδάζων περὶ τὸ
50 ἡρέμα ζῆν. φασι δὲ καὶ Ἄρατον πυθέσθαι αὐτοῦ πῶς
τὴν Ὀμήρου ποίησιν ἀσφαλῆ κτήσαιτο, τὸν δὲ εἰπεῖν,
« εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι καὶ μὴ τοῖς
ἤδη διωρθωμένοις. » εἰχ' ἑ τ' αὐτῷ ἔκειτο τὰ ποιήματα,

sium fuisse, juvenemque relictum in theatris saltasse, quod
deinde aspernatum Megara se ad Stilponem contulisse, qui-
cum diutius commoratum rursus in patriam rediisse uxore
remque duxisse. Tum in Elidem venisse cum uxore ad
Pyrrhonem ibique moratum esse quoad illi filii nati essent,
quorum qui major natu erat, Xanthum vocasse medici-
namque docuisse bonorumque heredem reliquisse. (110)
Magna florebat fama, ut auctor est Sotion libro undecimo;
sed propter victus penuriam, in Hellespontum Proponti-
demque concessit atque Chalcedone artem dicendi tradens
in magno honore habitus est. Hinc jam locupletior factus
Athenas profectus est atque illic ad obitum usque perseve-
ravit, nec nisi paulisper Thebas digressus est. Etiam Anti-
gono regi et Ptolemæo Philadelpho cognitus fuit, sicut
ipse in Iambis de se testatur. Erat autem, inquit Antigonus,
et potator et a philosophiæ studiis abhorrentia interdum
componabat: nam et poemata conscripsit et epica et tra-
gœdias et satyros et comœdias triginta, tragœdias vero
sexaginta, sillos item et cinædos. (111) Feruntur ejus et so-
luta oratione libri ad viginti versuum millia tendentes,
quorum et Antigonus Carystius meminit, qui et ipse vitam
ejus conscripsit. Sillorum vero libri tres sunt, in quibus ut
pote scepticus in dogmaticos omnes maledicta atque convicia
intorquet, versus veterum poetarum parodiis deflectens. Ex
his primus perpetuam habet orationem, secundus autem et
tertius dialogi speciem tenent. Nempe sese induxit Xeno-
phanem Colophonium de singulis interrogantem, et ille ei
omnia narrat. Atque in secundo quidem de antiquioribus,
in tertio autem de posterioribus agit: unde illum quidam
Epilogum inscripsere. (112) Primus autem eadem continet,
præterquam quod poesis illa ex una ipsius persona est: hoc
autem illius est initium,

Nunc mihi adeste omnes, gens importuna, sophistæ.

Mortuus est autem annorum ferme nonaginta, ut ait Anti-
gonus et Sotion in undecimo. Hunc ego Iuseum fuisse accipi:
nam et ipse Cycloper se appellabat. Fuit et alter Timon
hominum osor. Philosophus igitur Timon fuit hortorum-
4 que studiosus maxime ac sibi vivens, quemadmodum et
5 Antigonus refert. Fertur Hieronymus Peripateticus de illo
dixisse, *Sicut apud Scythas et qui fugiunt et qui perse-
quantur sagittas torquent, ita et apud philosophos alii
persequendo discipulos capiunt, alii fugiendo, quem-
admodum et Timon.* (113) Erat autem acri ingenio ad
percipiendum atque ad irridendum promptus et vehemens;
porro scribendi studiosus, ut qui poetis et fabulas scribere
posset et dramata componere. Tragœdias suam cum Alexan-
dro et Homero communicare solebat. Et quum vel ab ancil-
lis vel a canibus perturbaretur, nihil agebat, id agens ut
vitam degeret tranquillam. Aiunt Aratum ab illo quæsisse
quo pacto quispiam Homeri poësin sine menda consequi
posset, illumque dixisse, Si antiqua legeret exemplaria,
non ea quæ jam correctæ essent. Neglecta apud illum

ἐνίοτε ἡμίθροτα· (114) ὥστε καὶ Ζωπύρω τῷ ῥήτορι ἀναγινώσκοντά τι ἐπιτυλίττειν καὶ κατὰ τὸ ἐπελθὼν διεξιέναι· ἐλθόντα τ' ἐφ' ἡμισείας, οὕτως εὐρεῖν τὸ ἀπόσπασμα τέως ἀγνοοῦντα. τοσοῦτον ἦν ἀδιάφορος. ἀλλὰ καὶ εὐρους * ὡς μὴδ' ἀριστῶν συγχωρεῖν. φασὶ δ' αὐτὸν Ἀρκεσίλαον θεασάμενον διὰ τῶν Κερκώπων ἰόντα, εἶπεῖν, « τί σὺ δεῦρο, ἐνθαπερ ἡμεῖς οἱ ἐλεύθεροι; συνεχές τ' ἐπιλέγειν εἰώθει πρὸς τοὺς τὰς αἰσθήσεις μετ' ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ νοῦ ἐγκρίνοντας,

¹⁰ Συνῆλθεν Ἀτταγᾶς τε καὶ Νουμήνιος.

εἰώθει δὲ καὶ παίζειν τοιαῦτα. πρὸς οὖν τὸν θαυμάζοντα πάντα ἔφη, « τί δ' οὐ θαυμάζεις ὅτι τρεῖς ὄντες τέτταρας ἔχομεν ὀφθαλμούς; » ἦν δ' αὐτός θ' ἑτερόφθαλμος καὶ ὁ Διοσκουρίδης μαθητὴς αὐτοῦ, καὶ ὁ πρὸς ὃν ἔλεγεν ἕρῶν γελῶ. » ἄμωσ δὲ καταπτόμενος Ἀρκεσίλαου ἐν τοῖς σίλλοις ἐπήνεκεν αὐτὸν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρκεσίλαου περιδείπνω. Τούτου διάδοχος, ὡς μὲν Μηνόδοτος φησι, γέγονεν οὐδεὶς, ἀλλὰ διελίπεν ἡ ἀγωγή ἕως αὐτῆν Πτολεμαῖος ὁ Κυρηναῖος ἀνεκτήσατο. ὡς δ' Ἴππόβοτος φησι καὶ Σωτίων, διήκουσαν αὐτοῦ Διοσκουρίδης Κύπριος καὶ Νικόλοχος Ῥόδιος καὶ Εὐφράνωρ Σελευκεὺς Πραϋλῶν τ' ἀπὸ Τρωάδος, ὅς οὕτω καρτερικὸς ἐγένετο, καθά φησι Φύλαρχος ἱστορῶν, ὡςτ' ἀδίκως ὑπομῆναι ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ κολασθῆναι, μὴδὲ λόγου τοὺς πολίτας καταξιώσας. (116) Εὐφράνωρος δὲ διήκουσαν Εὐθύουλος Ἀλεξανδρεύς, οὗ Πτολεμαῖος, οὗ Σαρπηδῶν καὶ Ἡρακλείδης, Ἡρακλείδου δ' Αἰνεσίδημος Κνώσιος, ὅς καὶ Πυρρωνείων λόγων ὀκτὼ συνέγραψε βιβλία· οὗ Ζεύξιππος ὁ πολίτης, οὗ Ζεῦξις ὁ Γωνιόπουλος, οὗ Ἀντιόχος Λαοδικεὺς ἀπὸ Λύκου· τούτου δὲ Μηνόδοτος ὁ Νιχομηθεὺς, ἱατρὸς ἐμπειρικός, καὶ Θειωδᾶς Λαοδικεὺς· Μηνόδοτου δὲ Ἡρόδοτος Ἀριεῖος Ἰαρσεύς· Ἡροδότου δὲ διήκουσε Σέξτος ὁ ἐμπειρικός, οὗ καὶ τὰ δέκα τῶν σκεπτικῶν καὶ ἄλλα κάλλιστα· Σέξτου δὲ διήκουσε Σατορνίνος ὁ Κυθηναῖς, ἐμπειρικός καὶ αὐτός.

poemata jacebant, interdum et corrosa. (114) Hinc quum Zopyro oratori praelegeret aliquid, dum librum evoluit, quae sibi in mentem veniebant, recitabat : et ubi ad dimidium pervenit : reperit fragmentum, quod lucusque frustra quaesiverat. adeo erat ab omni affectu alienus eaque animi tranquillitate * ut ne prandere quidem sineret. Aiunt autem ipsum quum vidisset Arcesilaum forum Cercopum transeuntem, dixisse, Quid huc tu venisti, ubi nos liberi sumus? Assidueque dicere solitus erat in eos, qui auctoritatem sensuum cum mentis comprobatione admittebant :

Convenit Attagas hic et Numenius.

Consueverat et ista ludere. Ad eum igitur qui cuncta mirabatur, ait, Quid autem non miraris, quod tres quum simus quattuor habemus oculos? Erat autem et ipse luscus et Dioscorides discipulus ejus, is autem ad quem dicebat integris erat oculis. (115) Rogatus autem aliquando ab Arcesilao cur ex Thebis adesset, ait, Ut vos in aperto intuens rideam. Arcesilaum quem in Sillis carperat, laudavit tamen in eo libro qui inscribitur Arcesilai epulum funebre. Hujus successor, ut Menodotus refert, nemo fuit, sed ejus defectum institutum donec illud Ptolemæus Cyrenensis instauravit. Porro Hippobotus et Sotion ipsius auditores fuisse tradunt Dioscoridem Cyprium et Nicolochum Rhodium Euphranoremque Seleucium et Praylum e Troade, qui adeo constanti animo fuit, ut tradit Phylarchus in historiis, ut pateret se injuste veluti proditorem cruciari, cives ne verbo quidem dignatus. (116) Euphranorem autem Eubulus Alexandrinus audivit, Eubuli vero Ptolemæus auditor fuit, eum vero Sarpedon et Heraclides audiere, porro Heraclidem Aenesidemus Gnosius audivit, qui Pyrrhonearum rationum octo conscripsit libros; Aenesidemum Zeuxippus civis, Zeuxippum vero Zeuxis qui Γωνιόπουλος (quasi Angulipes) dictus est; hunc Antiochus Laodicenus ex Lyco, quem rursus Menodotus Nicomediensis, medicus empiricus, et Theodas Laodicenus audivere; Menodotum autem Herodotus Ariei filius Tarsensis, Herodotum vero Sextus empiricus audivit, cujus sunt decem illa de scepticis volumina aliaque pulcherrima; porro Sextum Saturninus audivit cognomento Cythenas, et ipse empiricus.